

1774^b

J

Qa. 98.

-m.

Herrn D. Gauditz
zum Gedenken seiner Anwesenheit
an
Herrn Gauditz.

[Chr. Glieb Haubold.]

CAII
INSTITVTIONVM

SIVE POTIVS
EPITOMES INSTITVTIONVM

LIBRI II

ADIECTIS GENVINIS CAII FRAGMENTIS VNDIQVE
COLLECTIS

EX RECENSIONE

ANT. SCHVLTINGII

CVM ANIMADVERSIONIBVS CRITICIS

GER. MEERMANI

IN VSVM PRAELECTIONIS ACADEMICAE
SEORSIM EDITI

LIPSIAE

APVD IO. AMBROS. BARTHIVM
C1010CCCLXXXII

INSTITUTIONUM

INSTITUTIONUM

INSTITUTIONUM

INSTITUTIONUM

INSTITUTIONUM

INSTITUTIONUM

INSTITUTIONUM



INSTITUTIONUM

INSTITUTIONUM

INSTITUTIONUM

INSTITUTIONUM

INSTITUTIONUM

INSTITUTIONUM

INSTITUTIONUM



GERARDI MEERMANI
INTRODVCTIO
IN
CAII INSTITVTIONES

Si vllus ex veteribus Iurisconsultis, quorum reliquiae nobis Aniani Tribonianique beneficio superfunt, hilariore quidem fama, at obscuro infimul nomine ad nostram peruenerit memoria, vel maxime in hunc censum venire oportet Caium Iurisconsultum; quum non modo de ipsius aetate acriter inter eruditos disceptetur, verum etiam haud defuerint, qui, Fr. Connano *Lib. 2. Commentt. Iur. Ciu. cap. 4. §. vlt.* praeunte, status controversiam eidem mouere ausi sint, hac potissimum moti ratione, quod Iurisconsultus hic vnico dumtaxat nomine (eoque seruili: vid. Iac. Cuiac. in *Commentar. ad Tit. C. de oper. libert. Tom. 9. Opp. pag. 662. Edit. Paris.*) notus sit, id quod sane insolitum quid ac extraordinarium esse negari nequit: licet enim nonnulli ex interpretibus nostris eum *Titi Cui* adpellatione insigniuerint, id tamen, quasi ex sola coniectura enatum, displicuit Cl. Schultingio in *Noth. ad Cui Institt. Inscript. in princ.* At vero hac in parte mihi certiora proferre licebit, quippe cui varias Institutionum Cui editio-

nes Cl. Schultingio inuifas, easque inter et Parisiensem Anni 1525. manibus tractare contigit.

Ab hac igitur sola editione *), quae praeditis Institutionibus sequentem praefigit *ἐπιγραφήν*,
 TITI CAII INSTITVTIONVM LIBER PRIMVS,
 illius rei originem repetendam existimauerim, quum neque anterior *Petr. Aegidii editio anni 1517.* neque vlla ex subsequentibus eiusmodi inscriptionem agnoscat: quamuis ex errore id enatum fuisse vel ea de causa suspicer, quod Iurisconsultus hic non modo in Corpore Iuris nostri, sed et a Seruio, Boethio, Diomede, Prisciano, Pseudo-Papiano ac Pariatore Legg. Moss. et Romm. simpliciter *Caius* nominetur: et quum memorata Parisiensis editio sine vlllo correctore, vt Cl. Noordkerkius iam notauit in *Disquisit. de Lege Petron. cap. 4. §. 3.* ad Codicem MS. Almarici Bouchardi typis expressa fuerit, conicere licet, hac in parte Codicis scripturam haud recte adsequutum fuisse librarium: forte enim in eo, sicut in Codice MS. antehac Vossiano, nunc Bibliothecae Lugd. Batau. ad finem Nouellarum sic coniunctim scriptum erat: EXPLICIT LIBER NOVELLARVM. INCIPIUNT TITVLI LEGVM GAI; ac deinde post interstitium quoddam:

*) Ita quidem olim suspicabar, quum prima vice opusculum hoc in lucem darem, at deinceps in Germania peregrinationem instituenti Wirceburgi die 18. Septemb. 1745. antiquissimum illum Codicem Theodosianum cum reliquis Iuris Fragmentis MSS. inspicere mihi contigit, in quo auctor noster etiam TITVS CAIVS adpellatur: vnde aut forsan ita reuera nominatus fuit Iurisconsultus noster, aut saltem errorem hunc antiquissimum esse oportet, quum codex ille summae vetustatis sit, et seculo vel sexto iuxta Cl. Ritterum in *Praefat. Tom. 1. Cod. Theod. vel saltem septimo secundum Cel. Eccardum lib. 23. Rerr. Franc. pag. 452.* scriptus.

dam: *Tit. I.* (quod non denotabat *Titi*, verum *Titulus primus*) et postea: *Gaii Institutionum liber primus dt.* (seu *dicit*) *omnes homines aut liberos esse, aut seruos*: quare, quum praedictus librarius Novellas non ederet, subscriptionem illam, quae cum iisdem cohaerebat, **EXPLICIT LIBER NOVELLARVM. INCIPIVNT TITVLI LEGVM GAII**, neglexisse videtur, haud animaduertens, quatuor posteriora verba male cum anterioribus cohaerere: igitur, ne Gaii Institutionibus inscriptio deesset, initialia operis verba: *Gaii Institutionum liber primus* (omisso *τῶ dt.* seu *dicit*) vt inscriptionem consideravit, sicque ex verbis, **TIT. I. Gaii Institutionum liber primus dt. omnes homines aut liberos esse, aut seruos**, confecit, **TITI GAII INSTITVTIONVM LIBER PRIMVS. Omnes homines aut liberos esse, aut seruos.**

Quodsi vero haec coniectura alicui non factis adrideat, alia etiam ratio in promptu est: videlicet, euenire potuit, vt in MS. exemplari Alm. Bouchardi opus ipsum initium sumserit a verbis: *omnes homines aut liberos esse, aut seruos*, perinde atque apud Epitomatores cum in edit. Aegidii, tum etiam in duobus Codd. MSS. Bibl. Lugd. Bat. et quemadmodum in Cod. MS. Nisp. vbi sequens inscriptio et initium operis: **INCIPIIT GAII INSTITVTIONVM LIBER I. Dicit omnes homines etc.** forte, quod verba illa: **GAII INSTITVTIONVM LIBER PRIMVS**, quae in inscriptione occurrebant, principio contextus repetere neglexerint exscriptores, vti etiam in Suetonii libro de vita Iulii Caesaris adcidisse notant H. Casaubonus et M. Z. Boxhornius in *Nott. ibid. cap. I. in princip.* Quum igitur in Codice Bouchardi sine vlla interpunctione legeretur: **INCIPIIT TITI GAII INSTITVTIONVM LIBER PRIMVS**, editor Parisiensis haec sic accepit:

INCIPIT TITI GAI INSTITVTIONVM LIBER
PRIMVS; quum tamen illa aliter plane, et hac
quidem ratione explicanda essent: INCIPIVNT TI-
TVLI GAI INSTITVTIONVM. LIBER PRIMVS.

Addo et tertiam, ne quid a me desiderari
possit, coniecturam: nempe, simpliciter forsan in
MS. legebatur: INCIPIT GAI INSTITVTIONVM
LIBER PRIMVS. Iam fingi poterit, (quidni enim
liceat?) sciolum quemdam, qui aut aegre ferebat,
tantum Iurisconsultum vno dumtaxat nomine in-
signiri, aut personatum plane hunc *Caium* existi-
mabat, addidisse *Titi*, id quod non significabat
Titi, (prout editor Parisiensis perperam opinatus
fuit) sed imo *Titii*, quomodo etiam a Fr. Raguel-
lo in *Commentar. ad cap. II. C. de repud. pag. 348.*
Iurisconsultum nostrum *Titium Gaium* vocari vi-
deo. Imo potuit ad hoc ipsum induci, quod si-
militer in *cap. 89. pr. D. de solut. et liberat.* domi-
nus aliquis sub ficta *Gaii Titii* adpellatione occur-
rat, sicut et duplici nomine insignitus fuit fami-
geratissimus ille Proteus *Lucius Titius*, cuius vitam
peculiari opusculo describere Pap. Massonus fate-
git, at recte eo nomine explosus a Viro Ampl.
Bynkershoekio lib. sing. ad L. Lecta cap. 3. et Io.
Guilielmo Hoffmanno in *Meletemn. ad Pand. Diss. 3.*
§. 1. Neque haec coniectura nostra temeraria
prorsus, omnique fundamento destituta censi
debet; nam et Iac. de Ravanis apud Cynum in
Comment. ad cap. vnic. C. de vsucap. tranff. Iuris-
consultum nostrum etiam *Gaium Seium* vocat,
(notissimo itidem nomine ficto, vt vel Ant. Augu-
stino silente *lib. de Nomin. propr. Pand. Flor. cap. 6.*
pag. 436. sqq. edit. Tarrac. 1579. Plutarchus te-
statur *Quaest. Rom. 30.*) neque hoc Dialecticum
illum Iacobum ex sua penu hausisse, verum potius
in Codice MS. qui similiter nasutuli manum ex-
pertus

pertus fuerat, inuenisse, probabile est. Sic vero, qui vnico nomine antea nobis innotuerat, quemque proinde in seruitute permansisse, nimisue driter forsā a domino habitum verebamur, iam eundem aureo libertatis beneficio donatum laetabimur, utpote tribus, si Diis placet, nominibus *Titii Gaii Seii* insignitum, ac duo scilicet eorundem a manumittente adfumentem, iuxta Artemidorum *lib. I. Oneirocrit. cap. 47.* Sed taedet diutius his minutiis immorari.

Quemadmodum vero de ipsius Caii nomine, aetate, ac scriptis in diuersa abeunt eruditi, ita et harum Institutionum auctor multis visus fuit suspectus, veluti Fr. Balduino et Eguin. Baroni in *Commentar. ad Proem. Instit. Iustin. §. 6.* aliisque, qui eas vel a quodam iuniore *Caiio*, vel a nonnemine sub fictitio Caii nomine conscriptas opinati sunt: ulterius autem progressus fuit Fr. Hotmanus, qui, quum Latinam illius libri orationem cum Iurisconsultorum veterum consuetudine haud convenire animaduerneret, *lib. 8. Obseru. cap. 4.* eum Graece primum ab aliquo exaratum, et ab imperito deinde Latine redditum esse coniiciebat, simili ferme errore, quo nostra aetate Io. Ienius vniuersum Corpus Iuris Ciuilis Graeca lingua compositum fuisse existimauit. Et iam olim Io. Bodinus idem de Codicibus Theodosiano, Hermogeniano et Iustiniano opinatus fuit, quem ridet eo nomine Cuiacius *lib. 18. Obs. cap. 38.* et in *Comm. ad Tit. C. de tempor. et repar. adpellat.* Vid. Ios. Fernandes de Retes in *relect. Academ. de Donationibus cap. 13. n. 16.* At vero, si Institutiones illas adtentius perlegisset Hotmanus, Gothicus potius, quam Graecanicus stilus ipsi subolisset: et tamen hac coniectura sibi vsque adeo placuit, ut Iurisconsultum nostrum saepius Caium Graeco-Latinum ad-

pellauerit: vid. ad §. 18. et 25. *Institt. Iustin. de R. D.* licet neminem, quod sciam, hac in parte sibi adficientem nactus fuerit praeter Alber. Gentilem *lib. 5. de Nupt. cap. 11.* Suspicio autem haec inde Hotmano oborta fuit, quod auctor noster *lib. 1. Institt. tit. 6. §. 3.* imaginarium illum emtorem, qui filium a patre naturali mancipio accipiebat, *fiduciarium patrem* vocet, quam *patris* adpellationem quam nullo modo huic emtori conuenire putet Hotmanus, coniicit, in Graeco contextu extitisse *πατρης*, (quoniam videlicet hic fiduciarius initio quidem emtor, post tertiam vero manumissionem *venditor* erat) hinc vero imperitum interpretem confecisse *πατρης*, indeque vertisse *pater*: at vero, si in *d. §. 3.* pro *fiduciarius pater* vbique substituamus *fiduciarius venditor*, ineptissimus plane sensus redundabit, sicque non interpretem, at vero ipsum scriptorem imperitum fuisse, necesse erit dicamus: et quamuis Celeb. Schultingius in *Nott. ad d. l. Cui n. 39.* ac Io. Gottl. Heineccius in *Antiquitt. Romm. ad Tit. Instt. Iust. Q. M. I. P. P. S. §. 8.* in not. *fiduciarium patris* nomen tali emtori haud quadrare existiment, id tamen mihi non vsque adeo liquidum videtur, sicut nec Cl. Wernhero in *Progr. de rebb. manc. pag. B. 2. vers.* ac Celeb. Scheltingae in *Dissert. I. de Emancipat. cap. 3. §. 1. litt. (i.)* in not. Sane imaginarius hic emtor recte *fiduciarius* dici potuit, aut ideo, quod plerumque pater liberos emanciparet contracta fiducia, hoc est, sub lege remancipandi post tertiam mancipationem, vnde et ipse noster Anianus in *Interpret. l. 3. C. Th. de legit. hered.* similiter *fiduciatam filiam* vocat eam, quae contracta fiducia emancipata est, aut etiam, quod in prima secundaue mancipatione visitata fuerit formula: MANCVPO TIBI HVNC FILIVM, QVI MEVS EST, EA LEGE, VT EVM MOX
MANV-

MANUMITTAS, VT INTER BONOS BENE AGIER
 OPORTET, NE PROPTER TE TVAMQVE FIDEM
 FRAVDER, alioqui enim emtor filium illum loco
 ferui aliquamdiu retinere, emancipatoremque fru-
 strari potuisset, quod nonnumquam etiam factum
 fuisse, ex Vlpiano in *Fragm. Regull. tit. 23. §. 3.*
 et *Collat. Legg. Moss. ac Romm. tit. 16. §. 2. et 3.* ele-
 ganter colligit Cl. Scheltinga *d. l. Patris* vero ad-
 pellationem ideo huic emtori tribuisse existimo
 Anianum, quod filius ipsi mancipatus ante manu-
 missionem non in patris naturalis, sed in emtoris
 potestate erat, vsque adeo, vt, si naturalis pater,
 condito interea testamento, filium praeteriisset,
 id valeret, quamuis ex primo secundone mancipio
 manumissus filius illud ex postfacto rumperet,
 quasi adgnatione sui heredis: vid. Vlpian. *d. l. ibi-
 que notata*. Magis autem forsan iuuare potuisset
 Hotmanum, quod Connanus *loco supra cit.* obser-
 vat, Caium nostrum *lib. I. Instit. tit. I. §. I. et tit. 2.*
 §. I. *Ecclesiam* Graeco vocabulo posuisse pro *censu*,
 si modo verum foret, Graecos ita nonnumquam lo-
 quutos fuisse; ast a Theophilo quidem *censu* Lati-
 no more vocatur κήνος, alibi vertitur ἀποτίμησις,
 nonnumquam etiam ἀπογεαφή, nuspian vero ἐκ-
 κλησία: vid. Car. Ann. Fabrottus in *Nott. ad Theo-
 phil. Paraphr. tit. Inst. de libertin. §. ult. Nobiliss.*
 Roever *ad Vlpiani Fragm. de Manumiss. §. ult. n. 4.*
 Iac. Oiselius *ad Caii Instit. lib. I. tit. I. §. I. n. 17.*
iunct. Celeb. Schulting. *ibid.* Rectius igitur omni-
 no Andr. Alcuius *lib. 2. Parergg. cap. 26.* Iac. Cuiacius
 in *Nott. priorr. ad §. 34. Instit. Iustin. de R. D. et*
lib. 7. Obseruu. cap. 16. Barn. Brissonius *lib. sing. de*
Iure Connub. pag. m. 70. Ant. Contius *lib. I. Dis-
 putt. cap. 12.* et in *Nott. ad Instit. in Praefat.* et re-
 liqui deinceps viri docti statuerunt, Institutiones
 has vtique eiusdem Caii esse, cuius fragmenta in

Digestis supersunt, verum ab Aniano interpolatas, et ad Ius Gothicum haud raro adcommo-
datis, vti etiam ex *Interpretatione cap. unic. Cod. Theod. de Respons. Prud.* abunde liquet. Et haec quidem de Caio, eiusque Institutionibus hactenus dicta sunt: nunc agendum, cominus ad auctorem nostrum adcedamus, et veniamus in rem praesentem.

CA II
INSTITVTIONVM
LIBER PRIMVS.
EX TITVLO

DE IVRE NATVRALI, GENTIVM ET CIVILI.
(Lib. I. Instit. Iustin. Tit. 2. de I. N. G. et C.)

Omnēs populi, qui legibus et moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure utuntur. Nam quod quisque populus ipse sibi ius constituit, id ipse proprium ciuitatis est: vocaturque ius ciuile, quasi ius proprium ipsius ciuitatis. Quod vero naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes peraeque custoditur: vocaturque ius gentium, quasi quo iure omnes gentes utuntur. L. 9. D. de Iust. et Iure.

* * *

Omne ius, quo utimur, vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones. L. 1. D. de statu hom.

TITV-

TITVLVS I.

DE LIBERTATIBVS SERVORVM.

(Lib. I. Tit. 4. de ingenuis. Tit. 5. de libertinis. Tit. 6. quib. ex caus. manumittere non licet.)

Caii Institutionum li- *Summa itaque de iure*
ber primus dicit omnes *personarum diuisio haec*
homines aut liberos esse, *est; quod omnes homines*
aut seruos. Sed ex ipsis, *aut liberi sunt, aut serui.*
qui liberi sunt, alioesse L. 3. D. de statu hom.
ingenuos, alios liberti- * * *

nos.

LIB. I.

TIT. I.

¹ DE LIBERTATIBVS SERVORVM. Ita in omnibus edit. hunc Tit. inferibi ait Celeb. Schulting. in *Not. h. l.* verum in *Addendis ad Iurisprud. Anteiust.* corrigit se V. Cl. quum ait, *in melioribus fere edit.* At ne sic quidem, vti existimo, recte. Ecce enim in editione Basiliensi Io. Sichardi anni 1528. ad quam paullo post in Notis prouocat ipse Vir Celeberrimus, Titulus hic diserte inscribitur, DE STATV HOMINVM, nec aliter est in editione harum Institutionum Louaniensi anni 1552. quae subiuncta est Honor. Draconis *Elementis Iuris Ciuilis carminicę descriptis*, quamque non vidit Celeb. Schultingius; item in alia, quae Lugduni apud Ludou. Pefnot anno 1553. vna cum Brachylogo Iuris et Vlpiani Fragmentis prodiit, quaeque non modo Celeb. Schultingio, sed et nouissimo illius Brachylogi editori V. Cl. Henr. Christ. Senckenbergio ignota fuisse videtur; imo et in altera editione Lugdunensi, quae similiter cum Brachylogo Iuris et Vlpiani Fragmentis, additis tamen de nouo Pauli Sententiis ex eiusdem Pefnotii officina prodiit anno 1559. quam vidit quidem, at non satis diligenter contulit Cl. Schultingius. Imo, quum haec inscriptio etiam reperiat in Indice Titulorum editionis Parisinae Alm. Bouchardi anni 1525. eaque altera DE LIBERTATIBVS SERVORVM generalior sit, magisque subiectae conueniat materiae, non est, quod de illa amplius disputemus.

nos.² Ingenuos, qui in- *Libertini sunt, qui ex*
 genui nati sunt: Liberti- *iusta seruitute manumissi*
 nos, qui iusta seruitute *sunt.* L. 6. D. de statu
 manumissi liberi fiunt.³ hom.

Ingenuorum omnium vnus status est. Libertorum
 vero ideo non vnus est, quia tria sunt genera liber-
 torum⁴: quia liberti aut Ciues Romani sunt, aut
 Latini,

² Princ. *Sed ex ipsis, qui liberi sunt, alios esse inge-
 nuos, alios libertinos.* Lege cum Codice MS. Biblioth.
 Lugd. Bat. *sed ex his ipsis*, quomodo etiam in Codice Go-
 thano exstare nos docet collatio Viri Celeberr. Io. Dan.
 Ritteri, quam in editione Iurisprudentiae Anteuftinianae
 Lipsiensi anni 1737. inuenire est. In edit. Alm. Bouchar-
 di ac Louanienli scriptum est, *sed ex iis ipsis*; verum ibi
to iis saepius occurrit pro *hiis* seu *his*.

³ Ibid. *Libertinos, qui pro iusta seruitute manumissi*
liberi fiunt. Illud pro recte omisit Iac. Oiselius, idque ab
 emendatoribus Codd. abesse iam monuit Car. Ann. Fa-
 brottus in *Nozz. prior. ad Theophil. Paraphr. Tir. Instr. de*
Libertin. in princ. Iuuant illum Codex MS. Nisp. item
 edit. Bouchar. di, Sichardi, et Lugdunenses binae Pefno-
 tii anni 1553. et 1559. quae praedictam particulam itidem
 haud agnoscunt.

⁴ Ibid. *Libertorum vero ideo non vnus est, quia tria*
sunt genera libertorum. Magis adridet lectio Codicis MS.
 Nisp. atque editionis Bouchar. di: *Libertinorum vero ideo*
non vnus, quia tria sunt genera libertatum. Rectius sane
 ibi scriptum est: *libertinorum*; nam in praecedentibus di-
 xerat Caius, ex hominibus liberis alios esse *ingenuos*, alios
libertinos: igitur, postquam exposuisset, qui sint *ingenui*,
 iam incipit agere de *libertinis*. Eadem de causa in se-
 quentibus huius §. verbis pro *liberti* rescribere malle *li-
 berrini*: quamuis enim editio Bouchar. di ibi vitiose exhi-
 beat *liberi*, potuit tamen in ipso Codice MS. ita contracte
 scriptum fuisse pro *libertini*: ita etiam, si quis in §. 4. *h. t.*
 pro *libertorum* reponeret *libertinorum*, non multum inter-
 cederem. Constat sane, a Iuriconsultis nostris *libertinos*
 dici ad oppositionem ingenuorum, *libertos* vero relatione
 habita ad patronum: in reliquiis quidem Regularum VI-
 piani

Latini, aut Dedititii. Tamen, qui Ciues Romani sint, qui Latini, qui Dedititii, breuiter explanandum est.

§. I.

piani, vt et in eiusdem Fragmento de Manumissionibus, quod Dositheus Graece primum, ac dein iterum ex Graeca sua versione Latine reddidit, *liberti* quoque vocantur relatione habita ad statum et conditionem; sed in Fragmentum Regularum Vlpiani existimo τὸ *liberti* per compendium scriptum fuisse pro *libertini*, vt etiam in Inscriptione Tituli Institutionum Iustiniani in variis Codd. legitur *de libertis*; Graeculum vero Magistrum hanc differentiam latuisse suspicor, quippe qui fortasse existimabat, *libertinos* tantum eos vocari, qui ex libertis procreati sunt, vt temporibus Appii, et deinceps aliquamdiu factum narrat Suetonius in *Claudio cap. 24.* et pluribus docet Franc. Ramos del Manzano in *Comment. ad Leg. Iuliam et Papianam lib. 2. cap. 21. §. 3.* Nec enim ita scripsisse Vlpianum verosimile est, qui passim in Fragmentis, quae in Digestis exstant, adcurate distinguere solet inter *libertos* et *libertinos*: vid. in primis *cap. ult. D. si ingen. esse dic.* Ceterum, dum Dosithei mentio incidit, opportune ei lucem adferre conabor loco vexatissimo: scribit videlicet in §. 8. Ἄλλὰ νῦν ἔχουσιν ἰδίαν ἐλευθερίαν εἰς τὰς φίλους ἡλευθερωμένοι, καὶ γίνονται Λατῖνοι Ἰουλιανοί. ἐπειδὴ νόμος Ἰούλιος, ὃς τὴν ἐλευθερίαν αὐτοῖς ἔδωκεν, ἐξίσωσεν αὐτὸς Λατῖνοις κολωνιαῖοις, οἳ ὅτε ἦσαν πολῖται Ῥωμαίων ἀπελευθέρου ὄνομα ἴδιον εἰς τὴν κολωνίαν δέδωκεσαν, id est: Sed nunc habent propriam libertatem, quae inter amicos manumittuntur, et sunt Latini Iuliani; quoniam lex Iunia, quae libertatem iis dedit, exaequauit eos Latinis Colonariis, qui cum essent ciues Romani *liberti*, nomen suum in coloniam dederant. Turbat scilicet illud ἀπελευθέρου. Vir elegantis ingenii et doctrinae, Matth. Roever, cui hoc Fragmentum Graece debemus, in *Norr. ibid.* legendum coniciebat, πολῖται Ῥωμαίων, ἢ ἀπελευθέρου, ciues Romani vel *liberti*, quam quidem emendationem sequitur adhucdum in *Specim. inaug. ad loca quaedam iuris ciuiliis deprauata cap. 14. pag. 77. et sequ.* verum ibi praeterea suspicatur, ipsum Vlpianum scripsisse: *ciues Romani vel Latini*, male autem Dositheum τὸ *Latinos* vertisse per ἀπελευθέρου. Ego existimauerim (saluo vniciuique suo iudicio) alio quoque modo locum illum sanari posse; videlicet

§. 1. Cives Romani sunt, qui his tribus modis, id est, testamento, aut in Ecclesia, aut ante Consullem fuerint manumissi.

§. 2.

licet, si pro ἀπελευθεροὶ rescribamus ἡλευθερωμένοις, eamque vocem ad antecedentia transferamus, hoc pacto: ἐπειδὴ νόμος Ἰώνιος, ὅς τὴν ἐλευθερίαν αὐτοῖς ἡλευθερωμένοις ἔδωκεν, ἐξίσωσεν αὐτὸς Λατίνους κολωνάριους, οἳ ὅτε ἦσαν πολῖται Ῥωμαίων, ὄνομα ἴδιον εἰς τὴν κολωνίαν δεδώκεσαν, id est, quoniam *Lex Iunia, quae libertatem illis manumissis dedit, exaequavit eos Latinis Colonariis, qui quum essent cives Romani, nomen suum in coloniam dederant.* Quin imo post κολωνίαν fere suspicor excidisse Λατίνην, quam vocem modo praecedens Λατίνους absorbuisset videtur: vel potius scripsit Dositheus, κολωνίαν Ῥωμαϊκὴν (ita enim loqui amat Magister pro Λατίνην, vid. Doctiff. Roever ad §. 5. eiusd. *Fragm. not. 3.* quasi vero, sicut nemo iuerit inficias, Dositheum in *Hadriani Imp. Sententiis §. 1. et 17.* de sermone Latino loquentem recte scripsisse Ῥωμαῖσι, ita et eadem ratione ipsi largiremur, coloniam vel etiam mulierem Latinae conditionis ab eo iure dici Ῥωμαϊκὴν. Et contrarium plane obseruatum videas in *dict. Hadr. Sent. §. 11.* vbi recte in Graeco contextu scriptum est Ῥωμαϊκὴν, male autem in versione *Latinam*: vid. Iac. Cuiac. *lib. 21. Obsf. cap. 7.*) Sic vero statuerem, vocem illam Ῥωμαϊκὴν per incuriam librariorum cum praecedenti Ῥωμαίων coaluisse, indeque etiam in Latina interpretatione omissam fuisse: sic sane pulchre omnia conuenient cum verbis Ciceronis *Orat. pro Caecina cap. 33.* *Certe quaeri hoc solere me non praeterit, quemadmodum, si ciuitas adimi non possit, in colonias Latinas saepe nostri ciues profecti sint, etc.* in primis vero *Orat. pro domo cap. 30.* *Qui cives Romani in colonias Latinas proficiscebantur, fieri non poterant Latini, qui non erant auctores facti, nomenque dederant.* Ad quem locum plane respexisse videri posset Vlpianus, quum haec scriberet. Ceterum posses adhuc minori negotio rem expedire, retenta quidem voce ἀπελευθεροὶ, (addendo dumtaxat vnam litterulam cum in Graeco, tum in Latino contextu) sed ad eandem, qua modo fecimus, sedem translata: scil. ἐπειδὴ νόμος Ἰώνιος, ὅς τὴν ἐλευθερίαν αὐτοῖς ἀπελευθεροῖς ἔδωκεν, ἐξίσωσεν αὐτὸς Λατίνικοκλωνάριους, οἳ ὅτε ἦσαν πολῖται Ῥωμαίων, ὄνομα ἴδιον εἰς τὴν κολωνίαν (Ῥωμαϊκὴν) δεδώκεσαν, *quomiam*

§. 2. Latini sunt, qui aut per epistolam, aut inter amicos, aut conuiuui adhibitione manumittuntur.

§. 3. Dedititii vero sunt, qui post admissa crimina supplicijs subditi et publice pro criminibus caesi sunt: aut in quorum facie, vel corpore quaecumque indicia aut igne, aut ferro impressa sunt, et ita impressa sunt, vt deleri non possint: hi, si manumissi fuerint, Dedititii adpellantur.

§. 4. Sed inter haec tria genera libertorum ideo Ciues Romani meliorem statum habent: quia et testamenta facere, et ex testamento quibuscumque personis succedere possunt: nam et Latini, et Dedititii nec testamenta condere, nec sibi ex testamento aliorum aliquid dimissum possunt vllatenus vindicare⁵. Tamen Latini certis rebus priuilegia Ciuium Romanorum libertorum consequi possunt. Dedititii vero nulla ratione possunt ad Ciuium Romanorum libertorum beneficium peruenire. Nam Latini patronorum beneficio, id est, si iterum ab
 ipsis

niam Lex Iunia, quae libertatem iis liberis dedit, exaequavit eos Latinis Colonariis, qui quum essent ciues Romani, nomen suum in coloniam (Latinam) dederant: leuiores quidem mutatione, sensu tamen haud vsque adeo commodo. Quidquid sit, hac vel praecedenti ratione et Vlpiano constabit fides, et Dositheus culpa liberabitur. Sed haec haestenus.

⁵ §. 4. *Nam et Latini et Dedititii nec testamenta condere, nec sibi ex testamento aliorum aliquid dimissum possunt vllatenus vindicare. Rotundior erit sensus, si cum Codice MS. Biblioth. Lugd. Bat. integriore et Cod. Nisp. ac edit. Bouchardi et Louaniensi particulam et priore loco expungas, quemadmodum illa quoque deest apud Epitomatores: alioqui etenim Caius vel potius Anianus significare velle videretur, Latinos testamenti factionem dumtaxat actiuam, Dedititios solummodo passiuam non habere, quam sane mentem Iurisconsulti haud fuisse, quibus vider.*

ipsis aut testamento, aut in Ecclesia, aut ante Consulem manumittantur, Ciuum Romanorum priuilegia consequuntur.

§. 5. Non tamen omnes domini seruos suos manumittere possunt: nam si aliquis multa debita habeat, cuius substantia a creditoribus teneatur obnoxia⁶, si in fraudem creditoris sui seruos suos manumittere voluerit, collata manumissio non valet.

§. 6. Aut si libertus Ciuis Romanus filios liberos non habuerit, et in fraudem patroni sui seruos suos manumittat, similiter data manumissio non valet.

§. 7. Praeterea minor quicumque viginti annorum dominus seruo suo libertatem dare non potest; nisi forte tantum minor manumissor, cui pater suus et mater a patrono donati sunt, eisdem manumittat, aut certe paedagogum, aut collactaneum manumittat. Nam quamlibet dominus, id est, quatuordecim annos egressus, testamentum facere possit, et heredem instituire, et legata relinquare, libertatem tamen seruis non potest in hac aetate conferre.

TITVLVS II.

DE NVMERO SERVORVM TESTAMENTO MANVMITTENDORVM.

(Lib. I. Tit. 7. de Lege Fusia Caninia toll.)

Constitutum est, quantum seruorum numerum testamento de quanta familia liceat manumitti,

⁶ §. 5. *Cuius substantia a creditoribus teneatur obnoxia.* Particulam *a* hic abundare recte monent Aleander et Schultingius, nec eam adgnoscent Codices MSS. Lugd. Batav. et Nisp. Errorem hunc male adhibitae geminationi tribuendum, in procliui videre est.

ti, hoc ordine: vt, si quis duos seruos habet, ambos manumittere possit; qui vero tres, duos testamento manumittat: qui quatuor, similiter duos: qui sex, tres: qui octo, quatuor: qui decem, quinque: qui vndecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, sedecim, decem et septem, similiter quinque: qui decem et octo, sex: et ab hoc numero vsque ad triginta, tertiam partem manumittere liceat: qui amplius, quam triginta, habuerit, vsque ad centum, quartam partem de numero seruorum manumittere potest: qui vero plures, quam centum habuerit, quintam partem manumittere potest. Sed et hoc statutum est, vt de quamlibet grandi familia nulli amplius, quam centum, testamento manumittere liceat.

§. 1. Nam qui voluerit aut in Ecclesia, aut ante Consulem, aut inter amicos, aut per epistolam manumittere, potest his manumissionibus omnem familiam iugo seruitutis absoluer¹.

§. 2. Nam si aliquis testamento plures manumittere voluerit, quam continet numerus supra scriptus, ordo seruandus est: vt illis tantum libertas valeat, qui prius manumissi sunt, vsque ad illum numerum, quem explanatio continet superius comprehensa: qui vero postea supra constitutum numerum manumissi leguntur, integre in seruitute eos certum est permanere. Quodsi non nominatim serui vel ancillae in testamento manumit-

TIT. II.

¹ §. 1. Nam qui voluerit aut in Ecclesia, aut ante Consulem, aut inter amicos, aut per epistolam manumittere, potest his manumissionibus omnem familiam iugo seruitutis absoluer¹. Scripsit Anianus: nam quicumque voluerit etc. vt colligere est ex Epitomatore, qui hoc §. ipsa Aniani verba integra exhibet. Aliud tamen videtur Doctiss. Bondam in specim. inaug. animaduerss. ad loca quaedam Iuris Civilis deprauata, ediro Franeg. 1746. cap. 10. pag. 48.

numittantur: sed confuse omnes seruos suos vel ancillas is, qui testamentum facit, liberos facere voluerit, nulli penitus firma esse iubetur hoc ordine data libertas; sed omnes in seruili conditione, qui hoc ordine manumissi sunt, permanebunt. Nam et si ita in testamento seruorum manumissio adscripta fuerit, id est, in circulo, vt qui prior, qui posterior nominatus sit, non possit adgnosci, nulli ex his libertatem valere manifestum est, si adgnosci non potest, qui prior, qui posterior manumissus fuerit.

§. 3. Nam si aliquis in aegritudine constitutus in fraudem huius legis facere noluerit testamentum, sed epistolis, aut quibuscumque aliis rebus seruis suis pluribus, quam per testamentum licet, conferre voluerit libertates, et sub tempore mortis hoc fecerit, hi, qui prius manumissi fuerint, vsque ad numerum superius constitutum, liberi erunt: qui vero post statutum numerum manumissi fuerint, serui sine dubio permanebunt.

§. 4. Nam si incolumis quoscumque diuerso tempore manumisit, qui per testamentum manumissi sunt, nullatenus computentur².

TITVLVS III.

DE IVRE PERSONARVM.

(Lib. I. Tit. 3. de iure personarum. Tit. 8. de his, qui sui vel alieni iuris sunt. Tit. 9. de patria potestate.)

Aliquae personae sui *De iure personarum*
iuris sunt, aliquae alie- *alia diuisio sequitur: quod*

B 2

no

² §. 4. Nam si incolumis quoscumque diuerso tempore manumisit, qui per testamentum manumissi sunt, nullatenus computentur. Lege cum MSS. Lugd. Batau. et Nisp. ac edit. Bouch. Sich. et Louan. ac binis Lugd. Pefnotii, *inrer eos, qui per testamentum etc.* quae lectio etiam pondus accipit ex Codice Gothano, vbi scriptum est, *in eos.*

no iuri subiectae sunt. *quaedam personae sui iuris itaque quum ostenditur, ris sunt, quaedam alieno quae personae alieno iuri iuri subiectae sunt. Videae subiectae sint, tunc eui- mus itaque de his, quae denter adgnoscutur, quae alieno iuri subiectae sunt: sui iuris sint. nam si cognouerimus, quae istae personae sunt, simul intelligemus, quae sui iuris sunt. Dispiciamus itaque de his, quae in aliena potestate sunt.*

§. 1. In potestate itaque dominorum sunt serui, quam potestatem omnes gentes habere certum est: sed distringendi in seruos dominis pro sua potestate permittitur; occidendi tantum seruos suos domini licentiam non habebunt: nisi forte seruus, dum pro culpa modo caeditur, casu forsitan moriatur¹.

§. 1. Igitur in potestate sunt serui dominorum. Quae quidem potestas iuris gentium est: nam apud omnes peraeque gentes animaduertere possimus, dominis in seruos vitae necisque potestatem fuisse, et quodcumque per seruum acquiritur, id domino acquiritur.

§. 2. Sed hoc tempore nullis hominibus, qui

Nam

TIT. III.

¹ §. 1. Sed distringendi in seruos dominis pro sua potestate permittitur; occidendi tantum seruos suos domini licentiam non habebunt: nisi forte seruus, dum pro culpa modo caeditur, casu forsitan moriatur. Quum priora haec verba ita in omnibus Codd. tam impressis, quam manu exaratis legantur, frustranea omnino (etsi ceteroquin haud inelegans) censi debet emendatio V. Cl. Georgii d'Arnaud in *Dispnt. de Iure Seruorum apud Romanos cap. 9. pag. 51. et seq.* legentis: *Sed distringendi in seruos dominis prorsus potestas permittitur*; recte enim vidit Cl. Schultingius, post *distringendi* ex sequentibus subaudiendum esse *licentia*, quam ellipsin non ita duram existimo, vt eam Aniano, homini in scribendo rudi et impolito, ab iudicare ausim. Incastrum quoque Cl. d'Arnaud monet, in posteriori commate particulam *tantum* opponi verbo *prorsus*,

Nam si feruus dignum *sub imperio Romano sunt*,
 morte crimen admiserit, *licet supra modum, et sine*
 iis iudicibus, quibus pu- *caussa legibus cognita in*
 blici officii potestas com- *seruos suos saeuire. Nam*
 missa est, tradendus est, *ex constitutione Diui An-*
 vt pro suo crimine pu- *tonini, qui sine causa ser-*
 niatur. *vum suum occiderit, non*
minus puniri iubetur, quam qui alienum seruum occi-
derit. Sed et maior asperitas dominorum eiusdem
Principis constitutione coercetur. L. 1. D. de his,
qui sui v. al. iur. sunt.

§. 2. In potestate *Item in potestate nostra*
 etiam patrum sunt filii, *sunt liberi nostri, quos ex*
 ex legitim omatrimonio *iustis nuptiis procreaueri-*
 procreati. *mus: quod ius proprium*
ciuium Romanorum est. L. 3. D. de his, qui sui
vel al. iur. sunt.

TITVLVS IIII.

DE MATRIMONIIS.

(Lib. I. Tit. 10. de nuptiis.)

Legitimae sunt nuptiae, si Romanus Roma-
 nam nuptiis interuenientibus vel consensu ducat
 vxorem.

B 3

§. 1.

proprus, quod ipse in priori restituit; omnino etenim re-
tantum hic mendosum arbitror, et, quamuis intercedat
 Celeb. Schultingius, nihilominus Iac. Oiselio adsentior
 substituente *tamen*, praesertim quum ita existet in editioni-
 bus Bouchardi, ac Louanienti et apud Epitomatores, quo-
 modo etiam editio Sichardi ac binae Pefnotii in margine
 habent. Miror quoque, viris doctis hactenus non anim-
 aduersum, in postremis huius §. verbis vocem *forfitan*
 abundare, sicuti illa ultimo loco etiam abest ab eodem
 Bouchardi Codice, neque eam adgnoscat Epitomator:
 quare simpliciter legendum: *nisi forte seruus, dum pro*
ultrae modo caeditur, casu moriatur.

§. 1. Sed non omnes personas vxores ducere licet: quia nec patri filiam, nec filio matrem, nec nepoti auiam¹. Quod non solum de personis, quae nobis propinquitate coniunctae sunt, sed etiam de adoptiuis, hoc est, adfiliatis, iustum est obseruari². Nam etsi per emancipationem adoptio dissoluatur, nuptias tamen inter has personas semper constat illicitas.

§. 2. Inter fratrem quoque et sororem, siue eodem patre ac matre nati fuerint, siue diuersis matribus aut patribus, matrimonia esse non possunt. Inter adoptiuos etiam fratres illicita sunt coniugia, nisi forte adoptio emancipatione fuerit dissoluta: nam si emancipatio interuenerit, nuptiae inter huiusmodi fratres licito contrahuntur.

§. 3. Fratris quoque et fororis filiam vxorem ducere non licet.

§. 4. Sororem quoque patris ac matris vxores accipere non licet.

§. 5.

TIT. IIII.

¹ §. 1. Sed non omnes personas vxores ducere licet: quia nec patri filiam, nec filio matrem, nec nepoti auiam. Quum in omnibus Codd. tam editis, quam scriptis, quos ego vidi, et apud ipsum Epitomatores legatur: quia nec patri filiam, nec filio matrem, nec auo neprem, nec nepoti auiam, et a sola Schultingii editione verba: nec auo neprem absint, neque in *Variant. Lectionibus* eiusdem id notatum reperitur, nullus dubito, quin omissio haec typoshetarum incuriae sit adscribenda, quamuis et is, qui nouissimae editioni Lipsiensi praefuit, errorem hunc pertinaciter retinuerit.

² Ibid. Quod non solum de personis, quae nobis propinquitate coniunctae sunt, sed etiam de adoptiuis, hoc est, adfiliatis, iustum est obseruari. Magis placet lectio Codicis Gothani ac editionum Bouchardi et Louanienfis, quae habent, *iustum est obseruari*; Anianus etenim mox rationem reddit, cur idem hac in parte obtineat circa personas adoptiuas, ac circa naturales.

§. 5. Genero quoque focrum suam, nec focero nurum vxorem accipere licet, neque vitrico priuignam, neque priuigno nouercam.

§. 6. Fratres enim amitinos vel consobrinos in matrimonium iungi nulla ratione permittitur.³

§. 7. Sed nec vni viro duas forores vxores habere, nec vni mulieri duobus fratribus iungi permittitur.

§. 8. Quodsi quis incestas vel nefarias, id est, quae sunt superius comprehensae, nuptias inierit, nec vxorem habere videtur, nec filios: nam hi, qui ex huiusmodi conceptione nati fuerint, quamlibet matrem videantur habere, patrem vero nullatenus habere censentur, et tamquam si de adulterio concepti fuerint, computantur: qui spurii adpellantur, hoc est, sine patre filii.

§. 9. Regula iuris hoc continet, vt, qui legitime concipiuntur, tempore conceptionis statum sumant: qui vero non de legitimo matrimonio concipiuntur, statum sumant eo tempore, quo nascuntur. Ac proinde legitima coniunctione conceptus, etiam si mater eius statum mutet, id est, si ancilla fiat, ille, qui legitime conceptus est, ingenuus nascitur; nam, qui non legitimo

B 4

matri-

³ §. 6. *Fratres enim amitinos vel consobrinos in matrimonium iungi nulla ratione permittitur.* Quum editio Io. Sichardi, quam hic sequuti fuere Aleander et Oisellius, exhibeat: *Fratres etiam amitinos* etc. non debuisset rō enim in contextum recipere Cl. Schultingius, maxime quum Sichardo adstipuletur non tantum Cod. MS. Lugd. Batau. monente Nobiliss. Roever in *supr. cit. Dissert. Inaug. cap. 10. pag. 54.* verum etiam Codices Gothanus ac Nisp. atque editiones Alm. Bouchardi et Louanienfis, item binae Pefnotii, quae binae, vt hoc semel moneam, Basileensem Io. Sichardi, vt plurimum, fideliter satis exprimunt.

matrimonio concipitur, si mater eius ex ancilla, dum praegnans est, libera facta fuerit, liber nascetur; si vero ex ingenua ancilla praegnans facta fuerit, seruus nascetur; quia non legitime, sed vulgo conceptus est.

TITVLVS V.

DE ADOPTIONIBVS.

(Lib. I. Tit. II. de adoptionibus.)

Adoptio naturae similitudo est, vt aliquis filium habere possit, quem non generauerit.

§. I. Et ipsa adoptio *Generalis enim adoptio duobus modis fit: aut quae adrogatio dicitur: Principis auctoritate, aut alia, quae adoptio. Adrogatio est, quando aliquis patrem non habens adoptatur, et ipse se in potestatem adoptiui patris dat. Et ideo adrogatio dicitur, quia et ille, qui adoptat, interrogatur, vtrum illum, quem adoptat, filium habere velit: et ille, qui adoptatur, interrogatur, vtrum id fieri velit. Illa vero alia adoptio est, vbi quis patrem habens, ab alio patre adoptatur: et ita ille, qui adoptatur, de certi patris potestate discedit, in adoptiui patris incipit esse potestate.* *Magistratus adoptamus eos, qui sui iuris sunt; quae species adoptionis dicitur adrogatio, quia et is, qui adoptat, rogatur, id est, interrogatur, an velit eum, quem adoptaturus sit, iustum sibi filium esse; et is, qui adoptatur, rogatur, an id fieri patiatur. Imperio magistratus adoptamus eos, qui in potestate parentis sunt: siue primum gradum liberorum obtineant, qualis est, filius, filia: siue inferiorem, qualis est nepos, neptis, proneptis.*

§. 2.

§. 2. Nam et feminae adoptari possunt, ut loco filiarum adoptivis patribus habeantur: feminae vero adoptare non possunt, quia nec filios ex se natos in potestate habent.

§. 3. Spadones autem, §. 1. *Illud utriusque adoptionis commune est, quod et hi, qui generare non possunt, quales sunt spadones, adoptare possunt.*

§. 4. Si quis vero filios habens se dederit adoptandum, non solum ipse in patris adoptivi potestatem redigitur, sed et filii eius, si tamen auum paternum non habuerint, in adoptivi patris transeunt potestatem, tamquam nepotes. §. 2. *Hoc vero proprium est eius adoptionis, quae per Principem fit, quod is, qui liberos in potestate habet, si se adoptandum dederit, non solum ipse potestati adoptatoris subiicitur, sed et liberi eius in eiusdem potestate, tamquam nepotes.* L. 2. D. de adoptione.

TITVLVS VI.

QVIBVS MODIS FILII EXEVT DE POTESTATE PATRIS.

(Lib. I. Tit. 12. quib. modis ius patriae potestatis soluitur.)

Filii, qui in potestate patris sunt, mortuo patre sui iuris fiunt. Sed si hic filius, qui morte patris sui iuris effectus est, filios habeat, in eius post patris sui obitum erunt filii potestate. Nam si pater moriatur, et auus paternus viuat, nepos ex filio sui iuris esse non potest: quia in aui remanet potestate, qui auo mortuo sui iuris efficitur.

B 5

Item

Item si moriatur pater, et relinquat filium emancipatum, et ex eodem filio emancipato nepotes, tunc nepotes liberi et sui iuris erunt, et in patris emancipati potestatem non veniunt.

§. 1. Item de potestate patris exeunt filii, si pater eorum in exsilium missus fuerit: quia non potest filium ciuem Romanum in potestate habere homo peregrinae conditionis effectus. Item filius, si viuo patre in exsilium missus fuerit, in potestate patris ciuis Romani esse non potest¹, quia similiter peregrinae conditionis factus cognoscitur².

§. 2. Item si ab hostibus pater captus sit, in potestate, quamdiu apud hostes fuerit, filios non habebit. Sed si de captiuitate euaserit, iure postliminii omnem, sicuti in aliis rebus, ita et in filios recipit potestatem³. Si vero pater, qui ab hosti-

TIT. VI.

¹ §. 1. *Item filius, si viuo patre in exsilium missus fuerit, in potestate patris ciuis Romani esse non potest.* Hanc veram esse lectionem, quam etiam Oiselius et Schultingius repraesentarunt, patet ex editione Alm. Bouchardi, in qua ita distincte legitur, quemadmodum et in posteriori Pefnotii, quum prior contracte habeat: *ciuis Roma.* Male vero non tantum edit. Crispini, Pacii et Gothofredi, sed et Codex MS. Leid. habent, *ciuis Romanus.*

² Ibid. *Quia similiter peregrinae conditionis factus cognoscitur.* Non male hic Bouchardi editio refert, quia similiter conditionem mutasse dignoscitur. Sic saltem non erit, quod Aniano *ταυτολογίαν* obiciamus; quum et in modo praecedentibus dixerit, *homo peregrinae conditionis effectus.*

³ §. 2. *Sed si de captiuitate euaserit, iure postliminii omnem, sicuti in aliis rebus, ita et in filios recipit potestatem.* Quum Codex MS. Leid. exhibeat: *Sicuti in aliis rebus, ita et filiis,* (quemadmodum et a recentiore manu mutatum est in Cod. MS. Nisp.) non longum fuit, quin diuinarem, *sicuti in aliis rebus, ita et in filiis,* quam lectionem in Codice Gothano quoque extare, ex collatione Cl. Ritteri deinceps cognoui.

hostibus captus est, in captiuitate moriatur, ab eo tempore, quo ab hostibus captus est, filii sui iuris effecti intelliguntur.

§. 3. Item per emancipationem filii sui iuris efficiuntur. Sed filius masculus tribus emancipationibus de potestate patris exit, et sui iuris efficitur.

[*Est autem Mancipatio, ut supra quoque indicavimus, imaginaria quaedam venditio; quod ipsum ius proprium Romanorum est ciuium: eaque res ita agitur, adhibitis non minus, quam quinque testibus, Romanis ciuibus, puberibus, et praeterea alio eiusdem conditionis, qui libram aeneam teneat, qui appellatur Libripens. Is, qui mancipio accipit, aes tenens ita dicit: HVNC EGO HOMINEM EX IVRE QUIRITIVM MEVM ESSE AIO: ISQVE MIHI EMTVS EST HOC AERE, AENEAEQUE LIBRA. Deinde aere percutit libram, indeque aes dat ei, a quo mancipio accipit, quasi pretii loco. Ex Boethio Lib. III. Commentarior. in Topic. Ciceronis.*]

Mancipatio autem, hoc est, manus traditio, quaedam similitudo venditionis est: quia et in emancipationibus praeter illum, hoc est, certum patrem, alius pater adhibetur, qui fiduciarius nominatur⁴. Ergo iste naturalis pater filium suum fidu-

⁴ §. 3. Mancipatio autem, hoc est, manus traditio, quaedam similitudo venditionis est, quia et in emancipationibus praeter illum, hoc est, certum patrem, alius pater adhibetur; qui fiduciarius nominatur. Recte Codices Leidensis, Gothanus, Nisp. et Bouchardi editio habent, quia in emancipationibus, deleto τῶ et, quod sensum turbat, quamvis necesse haud videatur, cum eadem Bouchardi editione legere, per illum, hoc est, certum patrem, alius pater adhibetur, qui fiduciarius nominatur. Quin potius rescribendum existimauerim, praeter ipsum, hoc est, certum

fiduciario patri mancipat, hoc est, manu tradit: a quo fiduciario patre naturalis pater vnum, aut duos nummos, quasi in similitudinem pretii accipit, et iterum eum acceptis nummis fiduciario patri tradit. Hoc secundo et tertio fit, et sic de patris potestate exit⁵. Quae tamen emancipatio sole-

certum patrem, etc. cuius emendationis fundus eadem est Bouchardi editio, quae mox pro *iste naturalis pater* rectius habet *ipse naturalis pater*: Caius etenim simpliciter scripsisse videtur, *praeter ipsum patrem*, hoc est, praeter eum, qui reuera pater est, quique liberos in potestate habet, siue a natura, siue per adoptionem (idque ad oppositionem illius imaginarii emtoris et temporarii patris). Hoc vero interpretari voluit Anianus per *ad certum*, hoc est, ut ego capio, eum, qui certus est ex matrimonio, siue, ut mox loquitur, *naturalem* patrem; nam et supra *tit. 5. §. 1.* opponit *certum* patrem adoptiuo. At vero, quum ex §. 3. *Inst. de adoptr. et cap. 37. §. 1. eod.* aliisque locis constet, etiam adoptiuum patrem liberos emancipare posse, adparet, minus adcurate, et praeter mentem Caii hic loqui Anianum.

⁵ *Ibid.* *Hoc secundo et tertio fit, et sic de patris potestate exit.* Multo plenius haec leguntur in Cod. Lugd. Bat. *hoc secundo et tertio fit, et tertio eum fiduciario patri mancipat et tradit, et sic de patris potestate exit*, ut iam monuit Nobiliss. Roever *loc. supr. cit.* Quin eodem plane modo hic locus exstat in Cod. MS. Nisp. ac in edit. Alm. Bouchardi; ut adeo hac lectione nihil certius sit. Quamuis enim Clariss. Wernher in *Progr. de rebus mancipi et nec mancipi pag. B. 3. vers.* similem lectionem, quam e Codice MS. Fabrottus protulit in *Norr. priorr. ad Theophil. tit. Inst. Q. M. I. P. P. S. s. 6.* utpote inutili verborum abundantia laborantem, improbet: attamen, non quo pacto scribere potuisset, sed quomodo scripserit Anianus, considerandum est; licet Viro Clarissimo hac in parte omnino adsentiar, quod in illa lectione nullum fiduciae contractus adpareat vestigium (secus ac putabat Celeb. Schultingius), quippe de quo demum in sequentibus loquitur Anianus: vnde nec adsentior V. Cl. Alb. Dieter.

solebat ante Praesidem fieri, modo ante Curiam facienda est: vbi quinque testes ciues Romani in praesenti erunt, et pro illo, qui Libripens adpellatur, id est, stateram tenens, et qui Antestatus adpellatur, alii duo, vt septem testium numerus impleatur. Tamen quum tertio mancipatus fuerit filius a patre naturali fiduciario patri, hoc agere debet naturalis pater, vt ei a fiduciario patre remancipetur, et a naturali patre manumittatur: vt, si filius ille mortuus fuerit, ei in hereditate naturalis pater, non fiduciarius, succedat. Feminae, vel nepotes masculi ex filio vna emancipatione de patris, vel aui exeunt potestate, et sui iuris efficiuntur. Et hi ipsi, quamlibet vna emancipatione de patris, vel aui potestate exeant, nisi a patre fiduciario remancipati fuerint, et a naturali patre manumissi, succedere eis naturalis pater non potest, nisi fiduciarius, a quo manumissi sunt. Nam si remancipatum sibi naturalis pater vel auus manumiserit, ipse eis in hereditate succedit.

Quodsi habeat quis filium, et ex eo nepotes, *Liberum arbitrium est ei, qui filium et ex eo nepotes in potestate habebit;* et voluerit filium emancipare, et nepotes in *filium quidem potestate de sua potestate retinere, mittere, nepotem vero in*

Dieter. Trekell in litteris ad me Hamburgo datis, locum hunc sic emendant: *hoc secundo et tercio fit, et tercio eum fiduciarius pater naturali patri remancipat, et tradit, et sic de patris potestate exir.* Ceterum verba illa: *mancipat et tradit,* monui in Diatriba mea inaugurali de rebus mancipi et nec mancipi, earumque emancipatione, sect. 227. emendanda videri, et legendum: *mancipat, hoc est, tradit,* cuius coniecturae etiam nunc quidem me haud plane poeniteat, attamen particulam *et* quoque retineri posse existimo, modo eam accipiamus pro *sive*, aut *hoc est*, qua significatione *ro* et nonnumquam a Iurisconsultis nostris adhiberi ex cap. 4. D. de iust. et iur. item pr. Inst. de lib. v. ac §. 1. Inst. de tutel. aliisque locis euidentis est.

in arbitrio eius est: aut *potestate retinere: vel ex*
 si voluerit nepotes eman- *diuerso, filium quidem in*
 cipare, et filium in sua *potestate retinere, nepo-*
 potestate retinere, et *tem vero manumittere:*
 hoc ei pro iuris ordine *vel omnes sui iuris efficere.*
 licere manifestum est. *Eadem et de pronepote di-*
 Quod non solum de ne- *cta intelligemus. L. 28.*
 potibus, sed et de pro- *D. de adopt.*
 nepotibus similiter face-
 re potest.

TITVLVS VII.

DE TUTELIS.

(Lib. I. Tit. 13. de tutelis. Tit. 14. qui testamento tutores dari possunt. Tit. 15. de legitima adgnatorum tutela. Tit. 20. de Atiliano tutore et eo, qui ex lege Iulia et Titia dabatur.)

Tutores aut legitimi sunt, aut testamentarii.

§. 1. Legitimi sunt, qui pupillo per virilem sexum propinquitatem coniunguntur: et qui proximior fuerit de adgnatis, ad ipsum legitima tutela pertinet: quia is, qui proximus fuerit ad tutelam, ipse proximus est ad hereditatem.

[Sunt autem adgnati, qui per virilis sexus personas cognatione iuncti sunt, quasi a patre cognati: veluti frater eodem patre natus, fratris filius, neposue ex eo: item patruus, et patrum filius, neposue ex eo. L. 7. D. de legit. tutorib.]

§. 2. Testamentarii sunt, quos patres, aut aui paterni in testamento suo tutores filiis, aut nepotibus delegauerint. Quodsi nec testamentarius tutor fuerit, nec legitimus, tunc inquisitione iudicis pupillis tutores dantur¹.

TITV-

TIT. VII.

¹ §. 2. Quodsi nec testamentarius tutor fuerit, nec legitimus, tunc inquisitione iudicis pupillis tutores dantur.
 Rectius

TITVLVS VIII.

DE CVRATIONIBVS.

(Lib. I. Tit. 23. de curatoribus.)

Peraetis pupillaribus annis, quibus tutores absoluuntur, ad curatores ratio minorum incipit pertinere. Sub curatore sunt minores aetate, maiores euerfores, infani. Hi, qui minores sunt, vsque ad viginti et quinque annos completos sub curatore sunt. Qui vero euerfores, aut infani sunt, omni tempore vitae suae sub curatore esse iubentur: quia substantiam suam rationabiliter gubernare non possunt.

Rectius in Codd. MSS. Bibl. Bat. et Nisp. exstat: *tunc ex inquisitione iudicis*, vt iam monuit Nobiliss. Roeuer *cap. 10. pag. 55.* quae lectio iuuatur etiam Codice Gothano ac editione Bouchardi et Louaniensi, nec aliter exstat apud Epitomatorem.

C A I I
I N S T I T V T I O N V M
L I B E R S E C V N D V S.

T I T V L V S I.

D E R E B V S.

(Lib. II. Tit. 1. de rerum diuisione et acquirendo ipsarum dominio. Tit. 2. de rebus corporalibus et incorporalibus. Tit. 9. per quas personas cuique acquiritur.)

Caius superiori commentario de iure personarum aliqua disputauit: nunc in hoc commentario de rebus iterum tractat.

§. I. Omnes itaque res aut nostri iuris sunt, aut diuini, aut publici. Nostri iuris sunt, quae in proprietate nostra esse noscuntur. Diuini iuris sunt Ecclesiae, id est, templa Dei, vel ea patrimonialia, ac substantiae, quae ad Ecclesiastica iura pertinent. Publici iuris sunt muri, fora, portae, theatra, circus, arena, quae antiqui sancta adpellauerunt, pro eo, quod exinde tolli aliquid, aut contingi

Summa rerum diuiso in duos articulos deducitur: nam aliae sunt diuini iuris, aliae humani. Diuini iuris sunt, veluti res sacrae, et religiosae. Sanctae quoque res, veluti muri, et portae, quodammodo diuini iuris sunt. Quod autem diuini iuris est, id nullius in bonis est: id vero, quod humani iuris est, plerumque alicuius in bonis est: potest autem et nullius in bonis esse. Nam res hereditariae antequam aliquis heres existat, nul-
non

non liceret. Sed haec *liis in bonis sunt.* Haec omnia in nullius bonis *autem res, quae humani sunt;* ideo publici iuris *iuris sunt, aut publicae esse dicuntur.* Sed et *sunt, aut priuatae.* Quae res hereditariae, *publicae sunt, nullius in* antequam aliquis heres existat, id est, quando dubitatur, *bonis esse creduntur, ipsius enim vniuersitatis esse creduntur.* Priuatae autem an legitimus heres succedere debeat, in nullius bonis esse videntur. *sunt, quae singulorum sunt.* L. I. D. de diuif. rer. et qualit.

§. 2. Praeterea quaedam res corporales sunt, quaedam incorporales. Corporales sunt, quae manu tangi possunt, velut ager, mancipium, vestis, aurum, argentum, et his similia. Incorporales sunt, quae tangi non possunt: qualia sunt ea, quae non in corpore, sed in iure consistunt, sicut est hereditas, et obligationes diuersis modis contractae. Et contractibus scriptae. Et licet

§. 1. Quaedam praeterea res corporales sunt, quaedam incorporales. Corporales haec sunt, quae tangi possunt, veluti fundus, homo, vestis, aurum, argentum, et denique aliae res innumerabiles. Incorporales sunt, quae tangi non possunt, qualia sunt ea, quae in iure consistunt, sicut hereditas, usufructus, obligationes quoque modo contractae. Nec ad rem pertinet, quod in hereditate licet

LIBER II.

TIT. I.

§. 2. Incorporales (res) sunt, quae tangi non possunt: qualia sunt ea, quae non in corpore, sed in iure consistunt, sicut est hereditas; et obligationes diuersis contractibus scriptae. In Codice MS. Bat. recte legitur, de diuersis contractibus scriptae, monente etiam Eruditiss. Roeruero loc. modo cit. cui praeter Io. Sichardi editionem adstipulantur etiam Codex MS. Nisp. et Edit. Bouchardi, Louanienfis, binaeque Pefnotii.

C

licet hereditas, vel emtio, aut diuersi contractus res corporales in se habeant; iustamen ipsius hereditatis, vel emtionis, aliorumque contractuum incorporale est.

§. 3. Incorporalia etiam sunt iura praediorum urbanorum, vel rusticorum. Praediorum urbanorum iura sunt: stillicidia, fenestrae, cloacae, altius erigendae domus, aut non erigendae, et luminum, ut ita quis fabricet, ut cinae domui lumen non tollat.

Praediorum vero rusticorum iura sunt: via, vel iter, per quod pecus, aut animalia debent ambulare, vel ad aquam duci, et aquae ductus; quae similiter incorporalia sunt. Haec iura tamen rusticorum praediorum Seruitutes adpellantur.

§. 4. Item regulariter constitutum est, ut superposita inferioribus cedant: ut, si quis in solo nostro, sine nostro permisso, domum aedificaverit, ad eum, cuius terra est, domus aedificata pertineat: vel si aliquis in agro nostro arbores, aut vineas, vel plantas quascumque posuerit, similiter superficies solo cedat²: vel si messem in cam-

po

² §. 4. Vel si aliquis in agro nostro arbores, aut vineas, vel plantas quascumque posuerit, similiter superficies solo cedat. In editione Bouchardi hic legitur *superfixum*, sicque in illo Codice per notam scriptum fuisse existimo

pro

po seminauerit, omnia haec, quae in terram alienam iactantur, domino terrae adquiruntur. Quod et de chartis, et pergamenis, si in alienis scribat, licet aureis, vel argenteis litteris, similiter eius est scriptura, cuius charta, aut pergamena fuerit³. Quod et de tabula, hoc est, si aliquis in tabula mea picturam fecerit, obseruatur; quia statutum est, vt tabulae pictura cedat.

§. 5. Quodsi quis ex uuis meis vinum, aut spicis frumentum, aut ex oliuis oleum fecerit, eius vinum, triticum, vel oleum est, cuius spicae, aut vuae, aut oliuae fuerint⁴. Si quis etiam ex tabulis alienis nauem, aut armarium, aut quodcumque ad vsum pertinens fecerit, simili ratione eius erunt, quae facta fuerint, de cuius ligno facta probantur. Similiter etiam si ex lana, vel lino vestimenta fecerit, eius erunt vestimenta, cuius lana, vel linum fuisse probabitur⁵.

C 2

§. 6.

pro *superpositum*; nam et in *princ. huius §.* dixerat Anianus: *item regulariter constitutum est, vt superposita inferioribus cedant*; vnde merito dubitare licet, an quidem *rd superpositum* ab ipsius Aniani manu profectum fuerit.

³ Ibid. *Similiter eius est scriptura, cuius charta aut pergamena fuerit.* Quum in MS. Leid. ac edit. Bouch. legatur *fuerint*, eodemque modo in Cod. MS. Nisp. immutatum sit a manu recentiore, legendum existimauerim, *cuius chartae aut pergamena fuerint*, ita vt *rd pergamena* hic accipiantur genere neutro, adeoque plurium numero, quemadmodum et in modo praecedentibus dixerat Anianus: *quod et de chartis et pergamenis, etc.* Sane *pergamenum* et *pergamenam* promiscue recentioris aeu scriptores dixisse, satis superque constat.

⁴ §. 5. *Quodsi quis ex uuis meis vinum, aut spicis frumentum, aut ex oliuis oleum fecerit, eius vinum, triticum, vel oleum est, cuius spicae, aut vuae, aut oliuae fuerint.* Recte edit. Bouch. *aut ex spicis frumentum*; quomodo in Cod. MS. Nisp. particula *ex* addita est a manu recentiori.

⁵ Ibid. *Similiter etiam, si ex lana vel lino vestimenta fecerit, eius erunt vestimenta, cuius lana vel linum fuisse proba-*

§. 6. Sed in his omnibus superius comprehensis quicumque in terra aliena aliquid posuerit, aut aedificauerit, aut horum, quae dicta sunt, aliquid fecerit, illis, qui aliena praesumerunt, hoc competit, ut expensas, vel impendia, quae in his fecerint, a dominis, qui rem factam vindicant, recipere possint.

EX TITVLO

DE IN IVRE CESSIONE.

[*In iure autem cessio fit hoc modo. Apud Magistratum populi Romani, vel apud Praetorem, vel apud Praesidem prouinciae, is, cui res in iure ceditur, rem tenens, ita vindicat: HUNC EGO HOMINEM EX IVRE QUIRITIVM MEVM ESSE AIO. Deinde postquam hic vindicauerit, Praetor interrogat eum, qui cedit, an contra vindicet: quo negante, aut tacente, tunc ei, qui vindicauerit, eam rem addicit: idque legis actio vocatur. Ex Boëthio Lib. III. Commentarior. in Topic. Ciceronis.*

EX TITVLO

DE VSVCAPIONIBVS.

Furtum non committitur: furtum enim sine adfectu furandi non committitur.

§. 1. *Fundi quoque alieni potest aliquis sine vi nancisci possessionem, quae vel ex negligentia domini vacet, vel quia dominus sine successore decesserit, vel longo tempore absuerit. L. 37. D. de Vsurpationib. et Vscupationib.]*

§. 7.

probabitur. Recte hic MS. Leid. vel ex lino alieno, ut iam notauit nobiliss. Roener. dist. cap. 10. pag. 56. cui lectioni praeter Epitomatoris verba etiam Codex MS. Nisp. item edit. Bouch. ac Louan. adstipulantur.

§. 7. Adquiritur autem nobis non solum per nosmet ipsos, sed et per eos, qui in potestate nostra sunt, sicut filii, vel serui: quia quidquid his a qualibet persona donatum, vel venditum fuerit, aut heredes fuerint, aut heredes instituti, id patribus, et dominis sine aliqua dubitatione conquiritur: praeter eos filios, quibus per leges castrense peculium habere permillum est.

Adquiruntur nobis non solum per nosmet ipsos, sed etiam per eos, quos in potestate habemus. Item per seruos, in quibus vsusfructum habemus. Item per homines liberos, et seruos alienos, quos bona fide possidemus: de quibus singulis diligentius dispiciamus. L. 10. D. de adquir. rer. domin.

§. 1. Igitur quod serui nostri ex traditione nanciscuntur, siue quid stipulantur, vel ex qualibet alia causa acquirunt, id nobis in potestate alterius est, nihil suum habere potest. Ideoque si heres institutus sit, nisi nostro iussu, hereditatem adire non potest: et si iubentibus nobis adierit, hereditas nobis acquiritur, perinde ac si nos ipsi heredes instituti essemus. Et his conuenienter scilicet legatum nobis per eundem acquiritur.

§. 2. Non solum autem proprietates per eos, quos in potestate habemus, acquiruntur nobis, sed etiam possessiones: cuiusque enim rei possessionem adepti fuerint, id nos possidere videmur. Vnde etiam per eorum longam possessionem dominium nobis acquiruntur.

Hi vero serui, qui in vsufructu nostro, et in proprietate alterius sunt, hoc tantum vsufructuario acquirere possunt, quod opere, aut manibus suis fecerint, aut de mercedibus operis sui

§. 3. De his autem seruis, in quibus tantum vsusfructum habemus, ita placuit, ut quidquid ex re nostra, vel ex operis suis acquirant, id nobis acquiratur, si quid vero extra eas causas persequuti sint,

C 3

acce-

acceperint. Nam si eis *id ad dominum proprietatis* aut hereditas, aut legatum dimittatur, aut donationis aliquid confertur, hoc proprietario domino, non usufructuario, acquiritur. *aut hereditatis pertinet. Itaque si is seruus heres institutus sit, legatumue quid, aut ei donatum fuerit, non mihi, sed domino proprietatis acquiritur.*

§. 4. *Idem placet de eo, qui nobis bona fide possidetur, siue liber sit, siue alienus seruus: quod enim placuit de usufructuario, idem probatur etiam de bonae fidei possessore. Itaque quod extra duas causas acquiritur, id vel ad ipsum pertinet, si liber est, vel ad dominum eius, si seruus est.*

§. 5. *Sed bonae fidei possessor, cum vscuperit seruum, quia eo modo dominus sit, ex omnibus causis per eum sibi acquirere potest. Usufructuarius vero vscupere seruum non potest: primum, quia non possidet, sed habet ius vtendi fruendi: deinde, quoniam scit, seruum alienum esse. L. 10. de acquir. rer. domin.*

TITVLVS II.

DE TESTAMENTIS.

(Lib. II. Tit. 12. quibus non est permillum, facere testamentum.)

Per vniuersitatem, hoc est, omnia simul bona, adquirimus hereditate, emtione, adoptione: quia is, quem adoptauerimus, si sine patre est, cum omnibus bonis suis ad nos transit.

[*Si quaeramus, an valeat testamentum, in primis animaduertere debemus, an is, qui fecerit testamentum, habuerit testamenti factionem: deinde, si habuerit, requiremus, an secundum regulas iuris civilis testatus sit. L. 4. D. qui testament. facer. poss.*]

§. 1. Id quoque statutum est, quod non omnibus liceat facere testamentum: sicut hi sunt, qui

qui sui iuris non sunt, et alieno iuri subiecti sunt, hoc est, filii, tam ex nobis nati, quam adoptiui.

§. 2. Item testamenta facere non possunt impuberes, id est, minores XIII. annorum, aut puellae XII.

§. 3. Item et hi, qui furiosi, id est, mente infani fuerint, non possunt facere testamenta. Sed hi, qui infani sunt, si interualla ipsius infaniae habent, per interualla, quibus sani sunt, possunt facere testamenta.

TITVLVS III.

DE EXHEREDATIONE LIBERORVM.

(Lib. II. Tit. 13. de exheredatione liberorum. Tit. 17. quibus modis testamenta infirmantur. Tit. 19. de heredum qualitate et differentia.)

Is, qui filium in potestate habet, curam agere debet, vt testamentum faciens masculum filium aut nominatim heredem instituat, aut nominatim exheredet; nam si masculum filium in testamento praeterierit, non valebit testamentum.

§. 1. Si vero filiam praeterierit, non rumpit testamentum filia praetermissa: sed inter fratres suos, legitimo stante testamento, suam, sicut alii fratres, consequitur portionem, si vero testamento extranei heredes scripti fuerint, stante testamento, filia medietatem hereditatis acquirit. Nam si facto testamento, in quo filius masculus praetermissus est, euenerit, vt, viuento adhuc patre, filius, qui praetermissus est, moriatur, sic quoque, quamlibet filius ille mortuus fuerit, testamentum, quod factum est, non valebit.

§. 2. Postumorum duo genera sunt: quia postumi adpellantur hi, qui post patris mortem de vxore nati fuerint, et illi, qui post testamentum

factum nascuntur. Et ideo, nisi is, qui testamentum facit, in ipso testamento comprehenderit: QVICVMQVE FILIVS, AVT FILIA MIHI NATVS, NATAVE FVERIT, HERES MIHI SIT; aut certe dicat, EXHERES SIT, valere eius non potest testamentum: quia, sicut superius iam dictum est, legitime concepti pro natis habeantur; nisi quod melior conditio est postumae, quam natae: quia nata, si praetermissa fuerit, non rumpit testamentum: postuma vero, sicut masculus, testamentum rumpit¹.

[*Postumorum loco sunt et hi, qui in sui heredis loco succedendo, quasi adgnascendo sunt parentibus sui heredes; ut ecce, si filium, et ex eo nepotem, neptemve in potestate habeam, quia filius gradu praetedit, is solus iura sui heredis habet: quamvis nepos quoque, et neptis ex eo in eadem potestate sint. Sed si filius meus me viuo morietur, aut qualibet ratione exeat de potestate mea, incipit nepos, neptisue in eius loco succedere, et eo modo iura suorum heredum quasi adgnatione nanciscuntur. Ne ergo eo modo rumpat mihi testamentum, sicut ipsum filium vel heredem instituire, vel exheredare nominatim debeo, ne non iure faciam testamentum, ita et nepotem, neptemve ex eo necesse est mihi vel heredem instituire, vel exheredare, ne forte, me viuo, filio mortuo succedendo in locum eius nepos, neptisue, quasi adgnatione rumpat testamentum: idque lege Iunia Vellea prouisum est. L. 13. D. de iniust. rupt. irrit. fact. testament.]*

§. 3. Si quis post factum testamentum adoptauerit apud populum illum, qui sui iuris est, hoc

TIT. III.

¹ §. 2. Postuma vero, sicut masculus, testamentum rumpit. Lege cum edijt. Bouch, ac Louan. sicut et masculus.

hoc est, qui patrem non habet, aut apud Braetorem illum adoptauerit, qui in potestate patris est, quasi ei filius natus sit, ita eius rumpitur testamentum.

§. 4. Posteriore quoque testamento, quod iure factum est, id, quod iure factum ante fuerat, rumpitur. Quodsi facto posteriore testamento heres scriptus aut ante aditionem hereditatis moriatur, aut uiuo testatore defecerit, aut conditio possibilis, sub qua heres institutus est, impleta non fuerit, is, qui testamentum fecit, intestatus mori videtur: quia testamentum, quod prius fecerat, testamento posteriore rescissum est, et quod posterius factum est, his rebus, quas diximus, infirmatur.

§. 5. Alio quoque modo testamenta iure facta infirmantur, si aliquis post factum testamentum capite minuatur, id est, aut ab hostibus capiatur, aut pro crimine in exsilium deputetur. Similiter et si quis adoptatus fuerit, testamentum, quod, antequam adoptaretur, fecerat, non valebit².

C 5

§. 6.

² §. 5. *Similiter et si quis adoptatus fuerit, testamentum, quod, antequam adoptaretur, fecerat, non valebit.* Haec est lectio editionis Geneuensis anni 1586. quam in contextum admittit Cl. Schultingius: verum, quum editioni illi haud adeo multum tribuendum esse iam Consul. till. Noordkerkius ostenderit in *Disquisit. de Lege Petron. cap. 4. §. 3.* eaque emendatio potius ab editoris ingenio profecta, quam auctoritate Codicis MS. niti videatur, minus a vulgata lectione, etiam Codd. Leid. Goth. et Nisp. ac editr. Bouch. Sich. Louan. et binarum Pelsnotii (quae habet: *Similiter et is, qui adoptatus fuerit*) recessurum me existimo, si ita rescripsero: *Similiter eius, qui adoptatus fuerit, testamentum, quod antequam adoptaretur, fecerat, non valebit.* Sic vnus litterulae transpositione et alterius mutatione pro: *et is* scribendo: *eius*, omnis tollitur difficultas.

§. 6. Heredes autem sui sunt, aut necessarii, aut extranei. Sui heredes adpellantur filii, aut nepotes ex filiis masculis, quos in potestate auus vel pater habet. Necessarii sunt heredes ferui, qui cum libertate heredes instituuntur. Necessarii ideo, quia, aut velint, aut nolint, necesse est eis heredes esse. Nam qui creditoribus tenentur obnoxii, et putant, se non tantum in substantia, quantum in debitis relinquere, ipsi seruos suos manumittunt, et heredes necessarios faciunt, ut quo magis heres, quam dominus infamiam incurrat, quum res eius, id est, hereditas domini pro debitis venditur, et creditoribus datur. Extranei sunt, qui nullo propinquitatis gradu testatori iunguntur, sed eos quicumque pro arbitrio suo scribit heredes.

TITVLVS III.

DE SVBSTITVTIONIBVS, ET FACIENDIS SECVNDIS TABVLIS.

(Lib. II. Tit. 15. de vulgari substitutione. Tit. 16. de pupillari substitutione.)

Substitutio est, quae post institutionem a testatore fieri solet, id est, secundi heredis adpellatio. Et duae sunt, quarum vna vulgaris dicitur, alia pupillaris.

§. 1. Vulgaris dicitur: ILLE HERES MIHI ESTO, siue hoc filio, siue extraneo. QVODSI HEREDITATEM MEAM ADIRE NOLVERIS, ILLVM SVBSTITVO, AD QVEM HEREDITAS MEA DEBEAT PERTINERE.

§. 2. Pupillaris substitutio filiis tantummodo impuberibus dari potest, quae ita fit: ILLE FILIVS SI INTRA PVBERTATEM DECESSERIT, ILLVM EI SVBSTITVO. Sed pupillaris substitutio ita

ita secreta esse debet, vt ad notitiam substituti peruenire non possit, ne vitae pupilli aliquas substitutus infidias moliat: nam in extrema pagina testamenti fieri debet, vt pars illa, in qua substitutio pupillaris scripta est, quamdiu pupillus annos pubertatis egrediatur, obsignata permaneat, et prior pars testamenti, in qua heres scriptus est, referetur. Hoc etiam et de donis fieri potest.

§. 3. Nam si extraneus heres scriptus sit, etsi aliquem substituere non possumus, vt, si heres exstiterit, et intra aliquod tempus mortuus fuerit, alius ei heres sit, potest tamen per fideicommissum obligari, vt alii rogatus a testatore hereditatem aut integram, aut pro parte restituat.

TITVLVS V.

DE LEGATIS.

(Lib. II. Tit. 20. de Legatis.)

Legatorum genera sunt quatuor: vindicationis, damnationis, sinendi modo, et praeceptionis¹.

§. I. Vindicationis legatum est, si testator sic loquutus fuerit: ILLVM SERVVM TIBI DO, aut

TIT. V.

¹ Princ. Legatorum genera sunt quatuor, vindicationis, damnationis, sinendi modo, et praeceptionis. Codex Lugd. Batau. refert: Legatorum genera sunt quatuor, id est, vindicationis, etc. Et quid si dicamus, ita scripsisse Anianum? Sane frequenter is *ro id est* adhibet pro nempe, vid. supra lib. I. tit. I. §. 4. ac tit. 2. §. 2. et infra tit. 7. §. I. alibique: hac autem ratione defendi poterit loquutio, quam lib. I. tit. I. §. ult. constanter omnes Codices exhibent: nam quilibet dominus, id est, quatuordecim annos egressus, testamentum facere possit; illis enim verbis significatur dominus, scilicet quatuordecim annos egressus, sicque non opus erit *ro id est* ibidem delere, aut post dominus intrudere *pubes*.

aut LEGO: vel, ILLAM REM TIBI PRAESUME,
HABE, VINDICA. Quod post mortem testatoris
statim legatarius, non expectato herede, sibi prae-
sumit. Quam si praesumerit, nec pro praesum-
to legato ab herede potest calumniam sustinere:
nec si aliena res fuerit, quae legata est, legatarius
hoc poterit ab herede repetere². Si per vindica-
tionem una res multis legata sit, et singuli hanc
ipsam rem praesumere velint, aequales singuli de
re legata capiunt portiones³.

§. 2. Per damnationem isto ordine legatum
dimittitur, ut testator in testamento scribat: TV
HERES MEVS ILLI HOC DA: aut, ILLVD ILLI
AB HEREDE MEO DARI IVBEO. In quo genere
legati etiam alienae res per legatum dimitti pos-
sunt. Et necesse est heredi, aut redimere eam
rem, quae iuris alieni est, et legatario tradere;
aut si is, cuius est res, vendere noluerit, quan-
tum res illa valebit, legatario in pretio compensa-
re. Sed si testator rem alienam quasi suam cre-
dens, per hoc genus legatum reliquerit, legata-
rius hoc ab herede petere non potest, et inutile
est legatum. Nam si sciens alienam esse, per le-
gatum dederit, necesse est, ab herede aut ipsam
rem, aut aestimationem rei in pretio legatario
dari.

§. 3.

² §. I. *Nec, si aliena res fuerit, quae legata est, lega-
rarius hoc poterit ab herede repetere.* Recte editio Bouchar-
di hic habet *petere*, sicque culpa liberabitur Anianus,
quasi *re* repetere adhibuisset pro simplici *petere*.

³ *Ibid. Si per vindicationem una res multis legata sit,
et singuli hanc ipsam rem praesumere velint, aequales singuli
de re legata capiunt portiones.* Rectius iterum Codex Bou-
chardi: *Si autem per vindicationem res una multis legata
sit, et si singuli hanc ipsam rem praesumere velint, etc.*

§. 3. Ceterum inter damnationis legatum, et vindicationis hoc interest, quod per vindicationem res aliena relinqui non potest; per damnationem eo pacto, quo superius comprehensum est, potest. illae etiam res, quae in rerum natura non sunt, per damnationem legato dimitti possunt, velut si ita testator in testamento scribat: **FRUCTVS, QVI EX ILLO AGRO NATI FVERINT**, aut, **ID, QVOD EX ILLA ANCILLA NATVM FVERIT**: quod in legato vindicationis fieri non potest, quia non potest haec legatarius testatore mortuo continuo vindicare.

§. 4. Inter legatum vindicationis et damnationis ista similitudo est, quod legatum vindicationis, siue damnationis, si coniunctim, id est, duobus, aut pluribus vna res in legato dimissa fuerit, in vtroque legato simul ab omnibus praesumatur. ⁴.

§. 5. Inter legatum vindicationis et damnationis illa distantia est, vt, si disiunctim, id est, singulis quaecumque res per legatum damnationis relicta fuerit, singulis integra debeatur; id est, vt vnus rem ipsam accipiat, alii aestimationem rei ipsius in pretio ab herede percipiant.

§. 6. Sinendi modo haec legati verba sunt: **ILLE HERES MEVS REM ILLAM ILLVM PERMITTE PRAESVMERE, ET SIBI HABERE.** Nam et propriam rem testator, et heredis sui, et alienam per

⁴ §. 4. *Inter legatum vindicationis et damnationis ista similitudo est, quod legatum vindicationis siue damnationis, si coniunctim, id est, duobus aut pluribus vna res in legato dimissa fuerit, in vtroque legato simul ab omnibus praesumatur.* Recte MSS. Leid. et Nisp. quod per legatum vindicationis, etc. cui adstipulantur Codex Gothanus ac edit. Bouch. Et ita etiam in §. sequ. scribit Anianus: *Si disiunctim, id est, singulis quaecumque res per legatum damnationis relicta fuerit.*

per finendi legatum relinquere potest. In quo legato non quidem heres legatario rem, quae relicta est, iubetur tradere, sed vindicanti legatario non permittitur prohibere.

§. 7. Praeceptionis vero legatum non nisi vni ex heredibus dari potest, vt aliquid ei ex hereditate praecipuum relinquatur: et si aut coniunctim, id est, multis, aut disiunctim singulis relinquatur, omnibus vna res tantum, quae nominata est, debetur; non vni res, et alii aestimatio, sicut in legato damnationis est constitutum.

TITVLVS VI.

DE LEGE FALCIDIA.

(Lib. II. Tit. 22. de Lege Falcidia.)

Lege Falcidia constitutum est: quicumque heres fuerit institutus, quartam partem totius hereditatis habeat¹. Quodsi testator hereditatem suam legatis exinanierit, hoc statutum est, vt Falcidiam sibi de imminutione legatorum heres retineat, constante nihilominus testamento. Hic de Pauli Sententiis addendum².

TITV-

TIT. VI.

¹ Princ. *Lege Falcidia constitutum est, quicumque heres fuerit institutus, quartam partem totius hereditatis habeat.* Supple ex edit. Bouch. *constitutum est, vt quicumque etc.* Licet etiam vulgata lectio defendi possit, dummodo verba: *quicumque heres etc.* consideremus quasi ipsa Legae Falcidiae verba.

² Ibid. *Hic de Pauli Sententiis addendum.* Quum verba haec desint ab editione Patauina anni 1554. (teste Alexandro) vt et Cod. MS. Nisp. item ab edit. Alm. Bouchardi, Io. Sichardi, Louaniensi et vtraque Pefnotii, neque exstent apud Epitomatores: fere conicere ausim, ea ab Aniano haud profecta fuisse; suspicor itaque, in quodam

TITVLVS VII.

DE FIDEICOMMISSIS.

(Lib. II. Tit. 23. de fideicommissariis hereditariis et ad SC. Trebellianum. Tit. 24. de singulis rebus per fideicommissum relictis.)

Potest aliquis recto iure heredem instituire, et rogare eum, vt hereditatem suam, aut omnem, aut ex parte, alii per fideicommissum reddat. Nam si heredem directo iure non instituerit, fideicommissarius non potest ad alium acceptam hereditatem transmittere. Sed in hac quoque re hoc obseruandum est, quod de Falcidia supra iam dictum est, vt heres institutus, etiamsi omnem hereditatem alii restituere iussus sit, ita hereditatem alii resti-

quodam veruſto Codice MS. (in quo Titulus sequens cum reliquis omnibus huius lib. 2. *Instit.* desiderabatur, ac proinde, in quo hunc *tit.* 6. statim excipiebant Pauli Sententiae) a nonnemine, ne insignis illa lacuna statim in omnium oculos incurreret, sub finem huius Tituli adscriptum fuisse: *hic de Pauli Sententiis addendum*, indeque verba illa etiam in alios quosdam Codices irreplisse, perinde atque in MS. Leid. ad quem iam saepius prouocauimus, occurrunt; quamuis ibi cum ipsa Tituli inscriptione cohaereant hoc modo: *De Lege Falcidia. Hic de Pauli Sententiis addendum.* Firmat autem suspicionem nostram, quod in eodem Libro MS. desit subscriptio illa, quam his Institutionibus post alios Cl. Schultingius subiecit, videlicet: *Ex Pauli Sententiis huic corpori conuenit adnecti, quae in Theodosiano pro dirimendis litibus non inueniuntur inserta;* quum e contrario in aliis duobus Codd. MSS. qui ad instar Aegidianae editionis Summarium Corporis Alariciani exhibent, vbi praedicta verba: *hic de Pauli Sententiis addendum*, hoc loco desiderantur, Titulo I. Libri I. Sententiarum Pauli sequens praefigatur inscriptio: *Ex Pauli Sententiarum corpore huic operi conuenit adnecti, etc.* Et haec quidem nostra est super hoc loco opinio: feliciter conuenienti lubenter aurem praebemus, quum nobis in praesenti nihil aliud succurrat, quo difficultati huic obuiam ire queamus.

restituatur, ut quartam sibi ex ipsa hereditate retineat.

§. 1. Et singulae quaecumque res per fideicommissum dimitti possunt, hoc est, aut fundus, aut domus, aut mancipium, aut argentum.

§. 2. Ab ipso fideicommissario alteri fideicommissum dimitti potest.

§. 3. Et a legatario, licet legatum dimitti non possit, fideicommissum potest.

§. 4. Et non solum propriae res a testatore per fideicommissum dimitti possunt, sed etiam ipsius heredis, aut legatarii, aut cuiuslibet extranei¹.

§. 5. Ne legatarius, cui per testamentum parum dimissum est, plus alii per fideicommissum, quam id, quod consequitur, reddere iubeatur².

§. 6. Quum autem aliena res per fideicommissum relinquatur, necesse est heredi, vel legatario, rem illam, quae per fideicommissum est relicta, aut redimere, et fideicommissario dare, aut pretium eiusdem rei, quantum aestimata fuerit, fideicommissario numerare, sicut in damnationis legato fieri diximus.

§. 7. Libertates etiam servis per fideicommissum dari possunt, ut heres, vel legatarius ea manci-

TIT. VII.

¹ §. 4. *Et non solum propriae res a testatore per fideicommissum dimitti possunt, sed etiam ipsius heredis, aut legatarii, aut cuiuslibet extranei. Si cum editione Bouchar- di legeris: non solum autem propriae res, etc. elegantius haec cum antecedentibus cohaerebunt.*

² §. 5. *Ne legatarius, cui per testamentum parum dimissum est, plus alii per fideicommissum, quam id, quod consequitur, reddere iubeatur. Quum editio Bouchar- di referat, et ne legatarius, etc. illius lectionis vestigiis quam pro- xime insistens rescribo: at ne legatarius, etc. sic etenim rectius haec a praecedentibus separabuntur.*

mancipia manumittant, quae testator ab iis, ut manumitterent, speravit. Nec interest, utrum hoc testator de suis seruis, an de ipsius heredis, vel legatarii, aut de alienis fieri iubeat. Quod si de alienis fecerit, similiter cogitur heres emere ipsum seruum, et manumittere. Sed si illum dominus suus noluerit vendere, perit per fideicommissum data libertas: quia in hac re heres aestimationem in pretio dare non cogitur. Sed quum per fideicommissum libertas datur, is, qui commissus fuerit, non testatoris, sed heredis libertus est.

§. 8. Praeterea inter fideicommissa et legata sunt quaedam distantiae. Fideicommissum ad eum, cui aliquid commissum est, herede mortuo poterit peruenire, si talis fuerit conditio testamenti³; nam legatum ita relinqui non potest. Item legatum per codicillum relictum non valet, nisi codicilli testamento fuerint confirmati: fideicommissum vero, etiamsi testamento codicilli non fuerint confirmati, nihilominus debetur. Item per legatum legatum alteri relinqui non potest, sed fideicommissum potest. Item per legatum seruo alieno directa libertas dari non potest, per fideicommissum potest. Item per codicillos nemo heres institui potest, quamuis testamento confirmati sint: sed is, qui testamento heres fuerit institutus, potest per codicillum rogari, ut hereditatem,

³ §. 8. *Fideicommissum ad eum, cui aliquid commissum est, herede mortuo poterit peruenire, si talis fuerit conditio testamenti.* Recte editio Bouchardi habet: *Fideicommissum ad eum, cui aliquid commissum est, herede mortuo peruenire debet, etc.* In Codd. MSS. Leid. et Nisp. etiam legitur *dimissum*, et ita loqui solet Anianus, ut pluribus hic docet Aleander.

tem, quae ei data est, alii totam, vel pro parte restituat: quod validum est, etiam si codicilli testamento non fuerint confirmati. Item, quamvis non possimus post mortem eius, quem heredem instituimus, alium ei substituere, tamen per fideicommissum rogare eum possumus, ut, quum moriatur, alii eam hereditatem vel totam, vel pro parte restituat. Et quia, sicut superius dictum est, etiam post mortem heredis fideicommissum ei, cui relictum est, dari potest: quod hoc ordine fit, ut testator scribat: **ILLVM HEREDEM INSTI- TVO, ET VOLO, VT QVVM MORTVVS FVERIT, AD ILLVM HEREDITAS MEA PERTINEAT.** Praeterea et in hoc alia fideicommissorum et legatorum conditio est, quia, fideicommissa si tardius, quam scriptum est, soluta fuerint, usurae et fructus debentur: legatorum vero usurae non debentur, sed ex mora solutionis, si per damnationem relicta fuerint, duplicantur.

TITVLVS VIII.

DE INTESTATORVM HEREDITATIBVS.

(Lib. III. Tit. 1. de hereditatibus, quae ab intestato deferuntur. Tit. 2. de legitima adgnatorum successione.)

<p>Intestatorum hereditates primum ad suos heredes pertinent. Sui autem heredes adpellantur filius, filia, nepos, neptis, pronepos, proneptis ex nepote: quia omnes per virilem sexum descendentes sui vocantur. Naturales sunt hae personae, ac adoptivae:</p>	<p><i>Intestatorum hereditates lege duodecim tabularum primum ad suos heredes pertinent. Sui autem heredes existimantur liberi, qui in potestate morientis fuerunt, veluti filius, filia, vel nepos, neptisue, pronepos, proneptisue ex nepote filio nato prognatus, prognatae:</i></p>
---	---

ad-

adoptiuorum enim comparatione legitimi naturales adpellantur. Sed ita nepos, vel neptis ex filio auo sui heredes sunt, si pater eorum de potestate patris, aut morte, aut emancipatione discesserit: nam si eo tempore, quo aliquis moritur, filium in potestate habeat, et ex eo nepotes, illi viuo patre suo, et in potestate aui constituto, sui heredes auo esse non possunt.

nec interesse, naturales liberi, an adoptiui. Ita demum tamen nepos, neptisue, et pronepos, pro neptisue suorum heredum numero sunt, si praecedens persona deserit, siue alia ratione, veluti emancipatione. Nam si per idem tempus, quo quisque morietur, filius in potestate eius sit, nepos ex eo suus heres esse non potest. Idem et in ceteris deinceps liberorum personis dictum intelligimus. Vxor quoque, quae in manu eius est, is sua heres est, quia filiae loco est: item nurus, quae in filii manu est; nam et haec neptis loco est. Sed ita demum erit sua heres, si filius, cuius in manu erit, dum pater moritur, in potestate eius non sit. Idemque dicimus et de ea, quae in nepotis manu matrimonii causa sit, quia proneptis loco est.

§. 1. Similiter postumi, qui, si viuo patre nati fuissent, in potestate eius futuri erant, sui heredes sunt.

Postumi quoque, qui, si viuo parente nati essent, in potestate eius futuri forent, sui heredes sunt. Idem iuris est de his, quorum nomina ex lege Aelia Sentia, vel ex Senatusconsulto post mortem patris causa probata, in potestate eius futuri essent: et de eo filio, qui ex prima, secundaque emancipatione post mortem patris manumittitur, intelligimus.

§. 2. Si quando aliquis moritur, et relique-

Quum filius, filiaue, et ex altero filio nepotes, ne-

rit filium, aut filiam, *ptesue existant, pariter*
 et ex alio filio mortuo *ad hereditatem vocantur,*
 nepotes, neptesue, filii, *nec qui gradu propior est,*
 vel nepotes ex filio de- *ulteriorem excludit: ae-*
 functo, patri, vel auo *quum enim videtur, nepo-*
 hac ratione succedunt, *tes, neptesue in patris sui*
 vt filius, vel filia suas *locum portionemque succe-*
 partes, et nepotes ex fi- *dere. Pari ratione et si ne-*
 lio portionem, quam pa- *pos, neptisue fit ex filio,*
 ter eorum erat habitu- *et ex nepote pronepos,*
 rus, accipiant: quia re- *proneptisue, simul vocan-*
 gulariter constitutum est, *tur. Et quia placebat,*
 vt inter suos proximior *nepotes, neptesue, item*
 longiore gradu positos *pronepotes, proneptesue*
 non excludat: et non in *in patris sui locum succede-*
 capita, sed in stirpem *re, conueniens, non in ca-*
 diuidatur hereditas. Item *pita, sed in stirpem here-*
 si quis moriens filium *ditates diuidi: vt filius di-*
 non relinquat, sed ex *midiam partem hereditatis*
 duobus masculis filiis di- *fruat, ex altero filio duo*
 mittat nepotes, hoc est, *pluresue nepotes alteram*
 ex vno filio vnum, vel *dimidiam. Item si ex duo-*
 duos nepotes, ex altero *bus filiis nepotes existant,*
 tres, aut quatuor, simi- *ex altero filio vnus forte,*
 liter, sicut superius di- *vel duo, ex altero tres,*
 ctum est, in stirpem, *aut quatuor, altera dimi-*
 non in capita, hereditas *diam.*
 diuidatur, hoc modo, vt illi duo nepotes, ex vno
 filio medietatem percipiant, et illi quatuor ex
 alio filio aliam medietatem, hoc est, vt tales ac-
 cipiant portiones, quales patres eorum, si vixif-
 sent, habituri erant.

§. 3. Si defuerint DE ADGNATIS.
 heredes sui, tunc here- *Si nullus fit suorum he-*
 ditas defuncti pertinet *redum, tunc hereditas per-*
ad

ad adgnatos¹. Adgnati *tinet ex eadem lege duo-*
 enim sunt per virilem se- *decim tabularum ad ad-*
 xum defuncto propinqui- *gnatos. Vocantur au-*
 tate coniuncti, id est, *tem adgnati, qui legi-*
 consanguinei fratres, hoc *tima cognatione iuncti*
 est, de vno patre nati. *sunt. Legitima autem co-*
 Nec disputari potest, si *gnatio haec est, quae per*
 de diuersis matribus na- *virilis sexus personas con-*
 scantur, qui vno patre *iungitur. Ita qui eodem*
 geniti sunt². Item pa- *patre nati sunt fratres,*
 truus, id est, frater pa- *adgnati sibi sunt, qui etiam*
 tris, fratris sui filio ad- *consanguinei vocantur:*
 gnatus est. Ipso modo *nec requiritur, an eandem*
 sunt fratres patruales, *matrem habuerint. Item*
 hoc est, qui de singulis *patruus fratris filio, et*
 germanis nati sunt. Hoc *inuicem is illi adgnatus est.*
 ordine adgnoscutur, qui *Eodem numero sunt fra-*
 sint adgnati, sicut supra *tres patruales inter se, id*
 diximus; per virilem se- *est, qui ex duobus fratri-*
 xum propinquitate con- *bus progenerati sunt, quos*
 iuncti. *plerique etiam consobrinos*

D 3

vocant.

TIT. VIII.

¹ §. 3. *Si defuerint heredes sui, tunc hereditas defuncti*
 pertinet ad adgnatos. Recte MSS. Leid. et Nisp. ac edit.
 Bouch. exhibent *sui heredes*, nec aliter Epitomator, apud
 quem hic Titulus integer exstat: et ita scriptum est in
 Collar. Legg. Moss. et Romm. tit. 16. §. 2. apud Vlpianum
 in *Fragm. tit. 26. §. 1.* item Iustinianum *princ. Inst. de*
legit. adgnat. success. quin et ipsum Anianum in *princ. hui.*
tit. Et ita passim hac significatione Iuriconsultos nostros
 ex vsu iuris peculiari loqui solere, docent Arn. Vinnius et
 Dan. Galtier in *Comment. ad §. 2. Inst. de hered. qualis. et*
differ.

² Ibid. *Nec disputari potest, si de diuersis matribus*
 nascantur, qui vno patre geniti sunt. Rectissime hic habet
 Bouchardi editio: *neque hoc magni interesse potest, si de di-*
uersis matribus nascantur, quum vno patre geniti sunt.

vocant. Qua ratione scilicet etiam ad plures gradus adgnationis peruenire potuerimus.

§. 4. Non tamen omnibus simul adgnatis *Non tamen omnibus simul adgnatis dat lex duodecim tabularum hereditatem; sed his, qui tunc, qui defuncto mortis suae quum certum est, aliquem tempore proximiores intestato decessisse, proximo gradu sunt. Nec in eo iure successio est: ideoque si heres proximus omiserit, vel antequam hereditatem adierit, decesserit, sequentibus nihil iuris competit. Ideo autem non mortis tempore certum fuerit aliquem intestatum decessisse, quam si quis testamento facto decesserit, melius esse visum est, tunc requiri proximum, quum certum esse coeperit, neminem ex testamento heredem fore.*

§. 5. In feminis vero *Quod ad feminas adtalia conditio est: quia net, hoc iure aliud in ipsa inter feminas sola tantum hereditatibus capiendum soror consanguinea dis placet, aliud in ceterorum ab his capiendis. Nam habetur adgnata, vt germano suo defuncto ab inter et feminarum hereditates testamento ei adgnationis iure proinde adgnationis iure succedat³. Reliquae redeunt, atque masculino femi-*

³ §. 5. *In feminis vero alia conditio est, quia inter feminas sola tantum soror consanguinea habetur adgnata, vt germano suo defuncto ab intestato ei adgnationis iure succedat. Editio Aegidii, et duo Codd. MSS. Lugd. Bat. habent: ei adgnari iure succedat, et Liber MS. Leid. integrior et MS. Nisp. ei adgnatis iure succedat; verum Codex Gothanus, item Bouchardi editio referunt: ex agnatis iure succedat, vnde Cl. Noordkerkius in Obseruatt. cap. 3. pag. 43. legendum putat: ex agnacionis iure succedat: at vero non tantum in Collat. Legg. Mos. et Rom. tit. 16. §. 2. sed etiam apud ipsum Anianum in sequentibus huius §. verbis simpliciter existat agnacionis iure (ac deinceps ibidem adgna-*

feminae, hoc est, amita, id est, patris soror, vel fratris filia, nec in capiendis hereditatibus propinquorum legitimae sunt, nec masculis propinquis adgnationis iure succedunt. Ipsarum vero hereditates ad masculos propinquos adgnationis conditione perueniunt.

§. 6. Regulariter constitutum est, ut inter adgnatos proximior posteriorem excludat, et inter eos non in stirpem, sed in capita ab intestato diuidatur hereditas. Nam inter suos sicut superius diximus, alia ratio est, ut proximior posteriorem non excludat, et semper hereditas in stirpem, non in capita diuidatur. Nam si quis moriens dimittat germanum, et ex altero germano filios,

nostrae vero hereditates ad feminas ultra con- sanguinearum gradum non pertinent. Itaque soror fratri sororivae legitima heres est: amita vero et fratris filia heres esse non potest. Sororis autem nobis loco est etiam mater, aut nouerca, quae per in manum conuentionem apud patrem nostrum ius filiae consequuta est.

Si quis defunctus erit, si sit frater, et alterius fratris filius, sicut ex superioribus intelligitur, frater potior est, quia gradu praecedit: sed alia faciat iuris interpretatio inter suos heredes. Quod si defuncti nullus frater exstet, sed sint liberi fratrum, ad omnes quidem hereditas pertinet: sed quae situra est, si dispari numero sint, forte nati ex uno unus, vel duo, et ex altero tres, aut quatuor, utrum in

D 4

germa-

agnationis conditione, siue, ut ibi quoque in edit. Aegidii, et duobus Codd. MSS. legitur, *agnationis iure*), non autem *ex agnationis iure*: quare hoc loco rescribere malim: *ut germano suo defuncto ab intestato ea* (scil. soror consanguinea) *agnationis iure succedat*. Tametsi quoque lectio, ut in edit. Cl. Schultingii exhibetur, defendi possit, modo verba: *germano suo defuncto* non dandi, verum auferendi casu accipiamus.

germanus frater, quia stirpes diuidenda fit hereditas, sicut inter suos heredes iuris est; an potius non succedunt. Item si in capita. Iam dudum auctor placuit, in capita diuidendam hereditatem. Itaque quotquot erunt ab utraque parte personae, in tot portiones fuerunt. Si nullus adgnatus sit, eadem lex duodecim tabularum gentiles ad hereditatem vocat. Qui sint autem gentiles, primo Commentariorum et ultimum est: et quum illic admonuerimus, gentilitium ius in desuetudinem abiisse, superuacuum est hoc quoque loco de ea re curiosius tractare. Ex Auctor. Collation. Mosaicar. et Romanar. Legg. Tit. 16.

dunt.

§. 7.

⁴ §. 6. Item, si moriatur quis, et de duobus germanis fratribus dimittat filios dumtaxat masculos, et ex vno fratre dimiserit duos, ex alio quatuor similiter masculos. Lege cum Cod. MS. Nisp. et edit. Bouch. et Louan. et ex alio quatuor similiter masculos.

⁵ Ibid. Omnes quidem fratrum filii patruo suo ab intestato succedunt: sed non in stirpes, sed in capita. Lege cum duobus Codd. MSS. Bat. et edit. Aegid. ac Bouch. et Louan. sed non in stirpem, sed in capita, quae lectio iuuatur etiam Cod. MS. Leid. integriori, et MS. Nisp. Et ita perpetuo in hoc Tit. stirpem singulari, at capita plurium numero scripsit Anianus.

§. 7. Nam et hoc regulare est, vt cognati tunc intestatorum propinquorum hereditates capiant, quando aut sui, aut adgnati defuerint⁶.

TITVLVS VIII.

DE OBLIGATIONIBVS.

(Lib. III. Tit. 14. de obligationibus. Tit. 15. quibus modis re contrahitur obligatio. Tit. 16. de verborum obligationibus. Tit. 20. de inutilibus stipulationibus. Tit. 21. de fideiussoribus. Tit. 22. de litterarum obligationibus. Tit. 23. de obligationibus ex consensu. Tit. 24. de emptione et venditione. Tit. 25. de locatione et conductione. Tit. 26. de societate. Tit. 27. de mandato.)

Obligatio in duas species diuiditur: nam omnes obligationes aut ex contractu nascuntur, aut ex culpa. Quae ex contractu nascuntur, quatuor genera sunt, quae singula hoc ordine distinguuntur: aut enim re contrahitur obligatio, aut verbis, aut litteris, aut consensu.

§. 1. Re contrahitur, quoties aliqua cuiusque mutuo dantur, quae in his rebus contingunt, quae pondere, numero, mensura continentur: hoc est, si pecunia numeretur, vel frumentum detur, vinum aut oleum, aut aes, ferrum, argentum, vel aurum. Quae omnia numerando, aut pensando, aut metiendo ad hoc damus, vt eorum fiant, qui ea accipiunt, et ad nos statuto tempore non ipsae res, sed aliae eius naturae, quales datae sunt, atque ipsius ponderis, numeri,

D 5

vel

⁶ §. 7. Nam et hoc regulare est, etc. Edit. Bouch. hic habet: *nam et regulare est*. Edit. Aegid. et vnus Cod. MS. Leid. *nam et regulare est constitutum*; sed rectius alter MS. *nam et regulariter est constitutum*. Haec sane ipsius est Aniani manus, qui ita passim loqui solet: vid. hoc tit. §. 2. ac 6. et supra lib. 2. tit. 1. §. 4. Paulo aliter Codex Gothanus: *nam et regulariter statutum est*.

vel mensurae reddantur. Propter quod mutuum adpellatum est, quasi a me tibi ita datum sit, vt ex meo tuum fieret.

§. 2. Verbis contrahitur obligatio ex interrogatione dantis, et responsione accipientis, ita, vt si ille, qui dat, interroget, *HOC MIHI DABIS?* qui accipiet, respondeat, *DABO*: aut in obligatione debitoris, si aliquis fideiussor adcedat¹, ille, qui personam fideiussori tradit, interroget: *ISTVM FIDE TVA ESSE IVBES?* et ille respondeat: *FIDE MEA ESSE IVBEO*. Hac conditione non solum ille, qui debitor est, sed et is, qui fideiussor existit, obligantur². Et non solum fideiussor ipse, dum viuit, sed et heredes ipsius, si ille defecerit, tenentur obnoxii. Creditor autem, qui pecuniam dedit, in potestate habet ad reddendam pecuniam, quem velit, tenere, vtrum ipsum debitorem, an fideiussorem. Sed si debitorem tenere elegerit, fideiussorem absoluit: si vero fideiussorem tenuerit, debitorem absoluit: quia vno electo, quem idoneum creditor iudicat, alterum liberat.

§. 3. Sunt et aliae obligationes, quae nulla praecedente interrogatione contrahi possunt, id est, vt si mulier, siue sponso vxor futura, siue iam marito dotem dicat. Quod tam de mobilibus rebus, quam de fundis fieri potest. Et non solum in hac obligatione ipsa mulier obligabitur, sed et pater eius, et debitor ipsius mulieris, si pecuniam, quam ille debebat, sponso creditricis ipse debi-

TIT. VIII.

¹ §. 2. *Aut in obligatione debitoris si aliquis fideiussor adcedat.* Lege cum edit. Bouch. *vt si aliquis fideiussor adcedat*: ita enim loqui adfolet Anianus.

² *Ibid.* *Hac conditione non solum ille, qui debitor est, sed et is, qui fideiussor existit, obligantur.* Lege cum MS. Lugd. Bat. ac edit. Bouch. Sich, Louan. ac vtraque Pefnotii, *obligatur.*

debitor in dotem dixerit. Hae tantum tres personae nulla interrogatione praecedente possunt dictione dotis legitime obligari. Aliae vero personae, si pro muliere dotem marito promiserint, communi iure obligari debent, id est, ut et interrogatae respondeant, et stipulatae promittant.

§. 4. Item et alio casu, vno loquente, et sine interrogatione alio promittente, contrahitur obligatio³, id est, si libertus patrono aut donum, aut munus, aut operas se daturum esse iurauerit. Exponendum hic, quid sit donum, aut munus, vel operae: in qua re supradicti liberti non tam verborum sollemnitate, quam iurisiurandi religione tenentur. Sed nulla altera persona hoc ordine obligari potest.

§. 5. Praeterea inutilis est promissio, etiam si stipulatione interveniente facta sit, si id aliquis daturum se promiserit, quod sui iuris non est⁴:

hoc

³ §. 4. *Item et alio casu, vno loquente, et sine interrogatione alio promittente, contrahitur obligatio.* Editio Bouchardi habet: *et alio casu, viro loquente, et viro sine interrogatione alio promittente, contrahitur obligatio, nec ita male (etsi rō viro posteriore loco ibi abundet); nam in §. praeced. dixerat Anianus, mulierem absque stipulatione ex dotis dictione teneri, idemque iuris esse circa patrem vel etiam debitorem mulieris: iam hoc §. subiungit, alium etiam casum dari, quo vir sine stipulatione promittens obligatur, nempe si libertus patrono aut donum, aut munus, aut operas se daturum esse iurauerit. Quamvis vitium nihilominus inesse videatur verbis: *et sine interrogatione alio promittente*, pro quibus substituendum opinor: *et sine interrogatione aliqua (vel vlla) promittente*; Anianus etenim nupiam, quantum noui, rō alio adhibuit in dandi casu, ast utique alii: vid. lib. 2. tit. 7. in princ. §. 5. et 8. ac passim alibi.*

⁴ §. 5. *Praeterea inutilis est promissio, etiamsi stipulatione interveniente facta sit, si id aliquis daturum se promiserit, quod sui iuris non est, etc.* Haec cum praecedentibus incommode ab Aniano connecti, notat hoc loco Cl.

Schul-

hoc est, si aut ingenuum hominem quasi seruum se daturum promittat: aut si mortuum aliquis, quem viuum credebat, promiserit: aut locum sacrum, aut sanctum, aut religiosum daturum se quicumque promiserit.

§. 6.

Schultingius: et tamen culpa ipsum vacare videri posset, si lectionem amplectaris Cod. MS. Leid. qui sic habet: *propterea inutilis est promissio, etc.* At, si vel ita rescripseris, inconcinnam admodum, meo iudicio, offendes loquutionem; ne dicam, eundem Librum MS. alibi etiam, videl. lib. 2. tit. 7. §. *ult. in fin.* perperam *propterea* exhibere pro *praeterea*. Ut igitur libere scribam, quod sentio, existimauerim, Anianum vtique hic scripsisse, imo iure scribere potuisse *praeterea*, quum ea, quae huic §. 5. proxime antecesserunt, temporis iniuria intercidisse videantur: suspicor itaque, Anianum promissi sui memorem primum hic exposuisse, quid sit donum, aut munus, vel operae; deinde vero ad illas stipulationes, quae inutiles sunt ratione personarum contrahentium, transiisse, quibus absolutis in hoc §. 5. agit de iis stipulationibus, quae inutiles sunt ratione rei in stipularum deductae (quo posito vtique recte dicere potuit: *praeterea inutilis est promissio, etc.*) denique in §§. 6. 7. 8. 9. et 10. vltimo loco tractat de illis stipulationibus, quae ratione formae ac modi inutiles sunt: sic vero pulchre cohaerebunt omnia, nec quidquam supererit, quod Aniano imputemus: nec est, quod quis nobis obiiciat, in Libris MSS. quibus Viri docti haec usque vsu fuere, nullum hic vestigium lacunae alicuius reperiri; quandoquidem non omnes Codd. harum Institutionum aequae integri sunt, quippe in Codd. Leidensi, Gothano, Nisp. et Alm. Bouchardi desideratur integer titulus *de substitutionibus et faciendis secundis tabulis*, sicuti is etiam deest apud Epitomatores, eumque primus ex suo Codice eruit Io. Sichardus: forte etiam alicubi Liber manu exaratus latitat, in quo Institutiones Caii et hoc et aliis locis pleniore editis exstant, perinde atque complures Iul. Pauli Sententias alibi frustra quaerendas continebat locupletissimus ille Codex Vefontinus, quo vsus Iac. Cuiacius. Quidquid sit, coniecturam nostram eruditus interea proponere lubuit, donec alius certiora adtulerit.

§. 6. Praeterea inutilis est promissio, si aliquis rem sub tali conditione promittat, quae impleri pro rei difficultate non possit⁵.

§. 7. Praeterea inutilis est interrogatio et promissio, si ita aliquis interroget debitorem: POST MORTEM MEAM, vel, TVAM ILLVD DARI SPONDES? Quod propterea inutile visum est, quia a persona heredis obligatio incipere non potest. Et ideo nec heredi creditoris sub hac spon- sione obligatur debitor, nec debitoris heres cre- ditori tenetur obnoxius.

§. 8. Item inutilis est obligatio, si dicat creditor: PRIDIE, QVAM MORIAR, DARE SPON- DES? vel interroget debitorem, PRIDIE, QVAM MORIARIS? similiter et haec stipulatio inutilis iu- dicatur, quia non potest sciri, quando sit pridie, quam aliquis moriatur, nisi postquam mortuus fuerit.

§. 9. Item, si pure interroget creditor, et debitor sub conditione promittat.

§. 10. Vel si creditor decem solidos debito- rem interroget, et debitor quinque promittat, hoc ordine integrum debitum vacillare cognoscitur.

§. 11. Si quis nobis pecuniam debeat, pos- sumus debitorem nostrum compellere, vt pecu- niam, quam nobis redditurus erat, alteri se ca- veat redditurum. Neque potest ei, cui pro no- stro debito cauet, de cauto et non numerato, sicut fieri solet, aliquid disputationis adferre, quum id, quod a nobis accepit, alteri cauerit redditu- rum.

§. 12.

⁵ §. 6. Praeterea inutilis est promissio, si aliquis rem sub tali conditione promittat, quae impleri pro rei difficultate non possit. Supple ex MSS. Lugd. Bat. et Nisp. ac edit. Bouch. quae conditio impleri, etc. ita enim scripsisse vide- tur Anianus.

§. 12. Litteris obligatio fit, aut a re in personam, aut a persona in personam. A re in personam, velut, si id, quod ex emtione, aut conductione, aut societate debes, alii reddas. A persona in personam, velut, si id, quod mihi alter debet, alteri personae delegem, vt reddere debeat.

§. 13. Consensu fiunt obligationes, ex emtionibus et venditionibus, locationibus conductionibus, societatibus, et mandatis.

§. 1. Ideo autem istis modis consensu dicimus obligationem contrahi, quia neque verborum, neque scripturae proprietates vlla desideratur: sed sufficit eos, qui negotia gerunt, consentire.

§. 2. Vnde inter absentes quoque talia negotia contrahuntur, veluti per epistolam, vel per nuntium.

§. 3. Item in his contractibus alter alteri obligatur de eo, quod alterum alteri ex bono et aequo praestare oportet. L. 2. D. de obligat. et action.

§. 14. Emtio igitur et venditio contrahitur, quum de pretio inter emtorem et venditorem fuerit definitum; etiamsi pretium non fuerit numeratum, et nec pars pretii aut arrha data fuerit.

§. 15.

§. 13. Quia in eiusmodi rebus consensus magis, quam scriptura, aut sollemnitas quaeritur. Legendum hic cum MS. Leid. et Io. Sichardi edit. quam scriptura aliqua, vt iam notauit doctiss. Roever Dissert. inaug. cap. 10. pag. 56. et sequ. praesertim, quum ita quoque repraesentent Codex Gothanus et Nisp. ac edit. Bouchardi, Louan. et vtraque Pefnotii,

§. 15. Locatio et conductio simili ratione consistunt, vt consensu, etiam verbo, definitio inter consentientes firma permaneat ⁷.

§. 16. Societatem inire possumus, aut omnium bonorum, aut vnus alicuius negotiationis. Et potest ita iniri societas, si tamen hoc inter socios conuenit, vt vnus pecuniam det, alter operam suam pro pecunia ponat. Et huiusrei definitio etiam verbo inita valet; ita, vt quidquid societatis tempore quolibet modo fuerit acquisitum, sociis commune sit.

§. 17. Permanet autem inita societas, quamdiu in ipso consensu socii perseverant: quia, sicut consensu contrahitur, sic etiam dissensu dissoluitur. Dissoluitur ergo societas, aut morte vnus socii, aut contraria voluntate, aut capitis diminutione, id est, si vnus ex sociis, sicut frequenter supra diximus, capite fuerit diminutus.

§. 18. Similiter et mandari verbo potest. Et quum verbis mandatum fuerit, obligatio contrahitur. Possumus enim aut nostra negotia, aut aliena cuicumque agenda mandare; dummodo honestum aliquid agi mandemus. Nam, si contra mores bonos aliquid mandare voluerimus, hoc est, si cuicumque mandemus, vt alicui furtum faciat, aut homicidium, aut adulterium admittat, in iis rebus mandati obligatio non contrahitur ⁸.

§. 19.

⁷ §. 15. *Locatio et conductio simili ratione consistunt, vt consensu, etiam verbo, definitio inter consentientes firma permaneat.* Rectius in edit. Alm. Bouchardi legitur, et (leg. vt) *consensu etiam verborum definitio, etc.* Sic sane mens Aniani clarius elucescet.

⁸ §. 18. *Nam si contra mores bonos aliquid mandare voluerimus, hoc est, si cuicumque mandemus, vt alicui furtum faciat, etc.* Magis adridet lectio Cod. Lugd. Bar. et edit. Bouch. *nam si contra bonos mores aliquid mandare voluerimus, hoc est, si cuiquam mandemus, etc.*

§. 19. Soluitur autem mandatum, aut morte, cui mandatum est⁹, aut contraria illius voluntate, qui mandauit.

§. 20. Sed is, cui mandatur, mandati formam egredi non potest: aut, si egressus fuerit, et mandatori teneatur obnoxius, et quod extra mandatum egit, non praecudicet mandatori.

TITVLVS X.

QVIBVS MODIS OBLIGATIO TOLLATVR.

(Lib. III. Tit. 30. quibus modis tollitur obligatio. Lib. III. Tit. I. de obligationibus, quae ex delicto nascuntur.)

Tollitur obligatio solutione debiti. Praeterea aliquoties tollitur obligatio, etiam si aliud, quam cautum fuerat a debitore, creditori reddatur. Nam si quicumque pro pecunia, quam creditori cauit, adquiescente creditore, aurum, aut argentum, aut mancipia, vel alias quaelibet species, habita aestimatione, consentiente creditore, dederit, obligatio euidenter tollitur.

§. 1. Quia de obligationibus, quae ex contractu nascuntur, diximus, superest, ut de his obligationibus, quae ex delicto nascuntur, simpliciter disputemus. Ex delicto nascuntur obligationes, si aliquis furtum fecerit, vel bona aliena rauerit, vel damnum alteri dederit, aut iniuriam fecerit. Quarum omnium rerum vno genere ex delicto nascitur obligatio.

§. 2. Furtorum autem sunt genera quatuor: manifesti, nec manifesti, concepti, et oblati. Manifestum furtum dicitur, si, quando fur cuiuscumque rem tollit, in ipso furto deprehenditur.

Nec

⁹ §. 19. *Soluitur autem mandatum aut morte, cui mandatum est, etc.* Supple ex edit. Bouch. *morte eius, cui mandatum est.*

Nec manifestum furtum appellatur, quod, quamlibet, dum fieret, inuentum non est, tamen furtum factum fuisse probatur. Conceptum furtum dicitur, quum apud aliquem alterum res furtiua inueniatur. Oblatum furtum dicitur, quum res furtiua alicui ita a fure datur, vt apud ipsum furem inueniri non possit.

§. 3. Praeterea, qui rem alienam, inuito, aut nesciente domino, contingit, vel tollere, aut de loco mouere praesumit, furtum facit.

§. 4. Et si quis rem vtendam acceperit, aut commendatam apud se habuerit, et aliter ea vsus fuerit, quam accepit, furti actione tenetur.

§. 5. Praeterea, si quis iumentum alterius ad hoc accepit, vt eum quinque millibus duceret, si id decem millibus, aut longius, quam ab illo, qui dedit, fuerit constitutum, duxerit, furti reus erit.

§. 6. Et multa praeterea quoruncumque similia sunt: secundum quae et ille furti tenetur, qui, vt fieret, opem, aut consilium, aut studium commodarit: velut, si quis pecuniam, quam in manu aliquis tenebat, excusserit, vt alii eam rapere possent¹.

Explicit Liber Caii.

TIT. X.

¹ §. ult. *Et multa praeterea quoruncumque similia sunt: secundum quae et ille furti tenetur, qui, vt fieret, opem, aut consilium, aut studium commodarit: velut, si quis pecuniam, quam in manu aliquis tenebat, excusserit, vt alii eam rapere possent.* Priora huius §. verba corruptissima esse nemo non videt, neque etiam multo emendatius ea leguntur in Codd. MSS. tam Leidensi, quam Gothano,

ac

E

ac Nisp. et in editt. Louan. et Pelsnotii *). At vero Aluf. Bouchardi editio hic facem quodammodo praesert ad veram aut saltem a vera parum abcedentem lectionem eruendam: ecce enim ibi sic scriptum est: *et multa praeterea quoruncumque similia sunt, secundum legem furri tenentur. Sed et, si quis, ut ferret opem, aut consilium, aut studium commodauerit, velut, si quis pecuniam, quam in manu aliquis tenebat, excusserit, ut alii eam rapere possint, in idem iudicium incidit: unde sic fere locum hunc restituendum arbitror: et multa praeterea horum similia. Quicumque ea faciunt, secundum legem furri tenentur: sed et, si quis, ut id fieret, opem, aut consilium, aut studium commodauerit, etc. in idem iudicium incidit.* Ut vero paucis huiusce emendationis rationem reddam, primum rō quoruncumque, quod dubio procul in mendo cubat, et complurium eruditorum torlit ingenia, dissolui in horum quicumque ea, haud magno sane molimine, quum frequens satis fuerit librorum lapsus, ut duas pluresve voces in vnam contraxerint: sane verba: *et multa horum similia*, ab Aniano profecta fuisse, ex eo quoque liquet, quod apud Epitomatores reperiantur. Deinde pro *sunt* leuissima mutatione rescripti *ferri*, quod contracte notat *faciunt*: tandem pro *ut ferret*, sequuntur optimorum exemplarium fidem; repolui, *ut id* (sc. furtum) *fieret*. Et hisce quidem emendationibus admittis sensus verborum Aniani, ni fallor, sic satis sibi constat: mollius certe iam non succurrit remedium, quo locus hic sanari, et in integrum restitui possit.

*) In Cod. MS. Nisp. locus hic deprauate quidem legitur, verum ibi post verba: *ut alii eam rapere possint*, sequentia subliantur; *similis conditio seruetur*, quod sane a stilo Aniani non omnino est alienum.

CONSPECTVS TITVLORVM

LIB. I.

De Iure Naturali, Gentium et Ciuili pag. 11

Tit. I. *De Libertatibus seruorum* 12

Tit. II. *De Numero seruorum testamento manumittendorum* 17

Tit. III. *De Iure Personarum* 19

Tit. IIII. *De Matrimoniis* 21

Tit. V. *De Adoptionibus* 24

Tit. VI. *Quibus modis filii exeunt de potestate patris* 25

Tit. VII. *De Tutelis* 30

Tit. VIII. *De Curationibus* 31

LIB. II.

Tit. I. *De Rebus* 32

Tit. II. *De Testamentis* 38

Tit. III. *De Exheredatione liberorum* 39

Tit.

Tit. III.	<i>De Substitutionibus et faciendis secundis tabulis</i>	pag. 42
Tit. V.	<i>De Legatis</i>	43
Tit. VI.	<i>De Lege Falcidia</i>	46
Tit. VII.	<i>De Fideicommissis</i>	47
Tit. VIII.	<i>De Intestatorum Hereditatibus</i>	50
Tit. VIII.	<i>De Obligationibus</i>	57
Tit. X.	<i>Quibus Modis Obligatio tollatur</i>	64

Kb 591

ULB Halle

3

004 917 529



[Handwritten signature]







CAII
INSTITVTIONVM
SIVE POTIVS
EPITOMES INSTITVTIONVM
LIBRI II

ADIECTIS GENVINIS CAII FRAGMENTIS VNDIQVE
COLLECTIS

EX RECENSIONE

ANT. SCHVLTINGII

CVM ANIMADVERSIONIBVS CRITICIS

GER. MEERMANI

INVSVM PRAELECTIONIS ACADEMICAE
SEORSIM EDITI

LIPSIAE

APVD IO. AMBROS. BARTHIVM
MDCCLXXXII